


148

R. 20 54
B2

DE-CATALO-

NIA LIBER PRIMVS.


FRANCISCO CALÇA BARCI.
nonens Equestris ordinis viro
Auctore.



BARCINONE
Cum licentia ex Typographia Iacobi Cen-
drat Anno M DLXXXVIII.

R. 2054
DE CATALO.
NIA LIBER PRIMVS.

FRANCISCO CALÇA BARCI-
nonensi Equestris ordinis viro
Auctore.



BARCINONE
Cum licentia ex Typographia Iacobi Cen-
ditat. Anno M DLXXXVIII.

Ibrum hunc qui Catalonia Francisco Calça
auctore inscribitur Illastrissimi & Reueren-
dissimi Domini D. Ioannis Dymæ Loris, Barchi-
nonensis Episcopi iussu. Ego frater Gabriel Serra
ordinis minorum Prouinciæ Cataloniae, & in eadē
diffinitor, solerti studio perlegi, nihilq. in eo Or-
thodoxæ fidei vel bene ac beate viuendi rationi di-
sentaneum reperi: proindeq. valde condignum
esse qui in lucem prodeat, arbitratus sum. Dum q.
in eo Cataloniae primordia & incrementa, quasi
ab incunabulis, verissime elegantiq. stylo recen-
sentur; qua in patriam sit auctor benevolentia, pie-
tate & fide constat manifeste. Qui si alijs o-
peris partibus, quas ipsem auctor pollicetur
(qua ne nos spes fallat, vehementer eum depræca-
mur) exremam adhibuerit manum, non poterit
tam immensi beneficij, Catalonia tota vlo vñ-
quam tempore immemor esse: summis enim lau-
dibus in coelum quasi elata, ac mirifice propagata
ei in perpetuum se deuinetam cognoscat, quem
de se tam egregie meritum liquido depræhendet.
Dat.apud sancti Francisci Barchinonæ cænobium
decimo septimo Kalendas Septembbris, Anno:
1588.

F. Gabriel Serra.

Quadrat cum originali idē frater Gabriel
Serra 15. Octobris. 1588.

Nos Ioannes Dymas Loris Dei & sancte sedis Apo-
stolice gratia Episcopus Barcinonæ, uisa approba-
tione predicta huiuslibri qui Catalonia Francisco Calça
auctore inscribitur, concedimus licentiam imprimendi &
diuulgandi cum in nostra Dioceſi Dat. in Palatio nostro
episcopalipraefentis ciuitatis Barcinonæ die xvij. mensis
Augusti anni 1588.

I. Ep̄s Barcino,

A D M O D V M
ILLVSTRIBVS TRIVM VIRIS
generalis Reipublicæ Cathaloniæ conseruan-
dæ, quos vulgus Deputatos appellat, domino
Francisco Grimaud equiti Perpinianensi, &
Hieronymo Çacoromina cui Gerundensi,
tribus item ratiociniorum eiusdem Reipubli-
cæ præfetis, vulgo Computorum Auditori-
bus nominatis, Ferdinando Fiualler Canoni-
co Dertusensi, Abdoni Honuphrio Come-

lles equiti Ruscinnonensi, & Monser-
rato Grau cui Barcinonensi, Frā-
ciscus Calça eques Barci-
nonensis. S. P. D.



V M cæteras omnes orbis habita-
ti non modo prouincias, & partes
præcipuas, præterquam nonnul-
las Hispanas: sed & vrbes etiam
atq; oppida singula libris hominū
doctorum descripta, & tabulis cosmographi-
cis depicta vilibet extare, notaq; facta cūtis
videamus: æquo animo ferre certe non po-
tuimus, viri admodum illustres, nostram Cata-
loniā, quæ prima Hispaniæ, neq; ea minima

portio est, illaudatam omnino, incognitamq; multis exteri gentibus, & extra numerū Geographicarū descriptionum sic nostra in curia ac negligentia facere. Cum enim Catalana gens, & rerum magnitudine, & soli probitate atq; præstantia cum cæteris populis atq; provincijs possitiure illa quidem per se se contēdere: indignū sane nobis esse videtur, ad eius descriptionē nullū ex viris bonarū literarum studiosis, quorum magna extat exititq; frequentia, vñquam excitari, adduciq; potuisse, vt Catalonia latino aliquo opere decanta-ta atq; depicta omnium gentium populis cognita quoq; efficeretur. Quamobrē post im-petratam laboribus nostris quietē, quibus per annos plures sexdecim in publico Barcinonē sium ludo literario cum Philosophiam, tum rationem dicendi, eloquentiæq; necnō & lin-guæ græcæ præcepta iuuentutem docuimus: omne hoc tempus quod D. O. M. voluntate nostræ vitæ deinceps futurum est, nostris re-bus cognoscendis, descriptionibusq; nostræ nationis ac prouinciæ faciendis tribuere ac di-care constituimus. Non quidē, quòd per nos, solaque nostra opera tanta res ad finem debi-tum perduci posse speraretur: sumus enim no-stri

stri ingenij tenuitatis, & doctrinæ exiguitatis à bunde consi, sed quoniam pro nostra copia, & rerum cognitionis paucitate posse fieri tan-dem existimemus, vt nostro hoc quali quali incep-to excitati, permotiq; complures rem huiusmodi ad umbilicum aliquādo suscipiat perducendam. Quamobrem tametsi nescij non sumus in multorum hominum graues re-prehensiones nos esse dubio procul incursu-ros, cum quòd placere omnibus nulla ratione valeamus, tum vero quoniam in multis labi & turpiter errare propter rerum multarum ig-norantiam, negligentiamq; nostram nos om-nino sit necesse: nihilominus tamen audendū esse, animoq; præsenti & constanti esse nos de-bere putauimus, vt pote quibus in tanto cona-tu, in tam laudabilis operis aggressu locus ve-niæ non sit apud plerosq; defuturus. Verum e-nimuero vt confidentiori animo id præstari a nobis possit: librum primum elucubrationū earū, quas ad quinq; libros vsq; perducimus, in quo de origine Catalanorum, & de Eymo nominis Cataloniæ ad nauicā vsq; legētium, propter contradictionem quam plurimorum, quibus occurtere pro nostra virili contendimus, a nobis est disputandum, in vestro admo-

dum illustri nomine apparere fecimus. Etenim quorum aliorum patrocinio possumus causam nostram securius, quam vestro obtinere, qui totius Cataloniæ patres estis conseruatores? Et vero si operam non lusissim in hoc primo volumine vestro sapienti iudicio visi fuerimus, ad reliqua expedienda volumina, in manusq; omnium illa emittenda, Deus bone, ut multo alacriores effecti erimus? At vero si quid secus euenerit, intermittemus incæptū opus, alijsq; felicioribus nobis ac eruditiorib. absoluendum permittemus. Erit autem vtrū que non admodum nobis ingratum. Quamvis enim parum apti tanto operi consumando deprehēsi fuerimus: ac propterea potius sub pudore debere videamur: duæ tamē res saltē nobis maximo solamini sunt futuriæ. Altera quidē quod per nos effectū dicetur, ut sint exercitati, quid aliquando præstite: int: altera vero quid a tam laborioso & molesto cuius ope re cessemus, & quiescamus. Etenim cum ex hoc labore neq; gloriam nobis, neq; lucrum nullum aucupemur: sed nostræ patriæ decus atque ornamentum, nostrorumq; etiam hominum non contemnendum emolumentum (non enim ad paucas res huius prouinciæ descriptio

criptio, & Topographia utilis est futura) an per nos, an per ailes nostros incepto, nos sitiq; æmulatione cōmotas res hæc peraguntur susque deque nobis erit. Quare vos inclita nostræ patriæ columna, atq; totius Cataloniæ Republicæ generalis firmissima præsidia, oratio obsecro, obtestorq; ut quo animo conatus hosce nostros vobis patriæq; ipsi dicamus & consecramus: eodem a nobis animo illos pro vestra singulare virtute, benignitate, ac humanitate accipe re dignemini.

FRANCISCI

FONT V. I. D. ET REGII
confiliarij in laudem libri & Ca-
taloniae Carmen.

Am tua per totū, Catalonia, gloria mundū
Exeat, & cunctis sit manifesta viris.
Gens Catalana olim sublimibus inclyra factis
splendeat in quo quis nunc celebrata loco.
Noscant Sauro matæ, norit Germanica tellus,
Noscat & arctous prædia nostra polus.
Audiat atq; legat, quam sis Catalonia ferri
Ipsa ferax, alijs nobilitata bonis.
Telluris prima Hispanæ tu portio cum sis:
Digna quidē es primū laudis habere locū.
Ad te deuenit primum, qui classe per altum
Aduenit Tubal: testis Iberus erit.
Ad te Romani primum venere, Gotiq;
Quod vere dici Rex Atahulphe doces.
Quid gentes aliæ complures enumerentur:
Illarum aduentus litora nostra sciunt.
Emporiæ celebres hic sunt, hic Tarraco cūctis
Audita, hic veteri est condita Ilerda manu.
Flumē Iberū hic est, toto quod gentib' orbe
Est notum, nostri gloria prima soli.

Flumine

Flumine nam ex ipso ubi nomen Iberia tota
Sumpsit, & est Græcis sic vocitata viris.
Innumeræ laudes cum sis Catalonia, adepta,
Deterat has vereor ne mea Musaleuis.

DE CATALONIA A FRANCIS
eo Calça clarissimo, & ornatissimo equestris
ordinis viro edita Ioannis Dordæ car-
men ad lectorem.

Hoc opus egregium summo iam Calça labore
Compositum tradit, lector amice, tibi.
Si legis attenie: multa hic te sèpe iuuabunt,
Qye doctè scripti vir grauis, atq; bonus.
Hec uelut in parua cernis descripta tabella:
Hec eadem magis sunt facienda tamen:
Unde sit antiquum nomen Catalonia ductum,
Explicat, exacta quod ratione probat.
Quam longè, & latè pateat Catalonia, monstrat;
Quos habeat montes, flumina, quafq; plagas.
Hanc semel, atq; iterum tractus partitur in omnes,
Designatq; suis oppida cuncta locis.
Esset salis scopulos, argenti, auriq; metallum,
Ferrumq; & fruges hac regione docet.
Barcino quos Comites, & quos Aragonia Reges:
Enumeret Comites, continet istud opus.
Non esse externis hanc gentem regibus olim,
Aut armis uitiam, comprobat historijs.
Nam Gotti, exactis Saracenis, Casaris aulam

Nempe

Nempe petunt, ut p[ro]p[ter]e reges regat.
Hi se[nt]e Carolo Magno, nato, atque nepoti
Sponte sua tradunt, dantq[ue], petuntq[ue], fidem.
Pacta intercedunt, quæ iam, si forte uetus
Esse putas nimium, nunc renouata uides.
Hinc ergo est Comitum, aut Regum deducta potestas:
Quos decet ulterius uelle parare nihil.

Ad Reuerendissimum

& Illustrissimum D.D. Ioannem Dymam
Loris Episcopum Barcinonensem.

Sipatriæ pietas, si te Illustrissime præsul,
Catalanorum tangit amor populūm:
Ex perquā antiquis actis, quæ plurima apud te
Extant digneris reddere nota aliqua.
Nāq. sumus tenebris offusi: maxima quæq.
Viq. latent: non est scribere vera leuc.
Ex coniecturis venari cunēta necesse est:
Exactis facile est noscere vera tamen.
Per te sit notū, Carolus quid Caluus honotis
Contuderit nostris patribus eximijs.
Quæq. Ludouicus Balbus de hinc filius huius
Addiderit, nobis reddere nota potes.
Antiquis extant hæc custodita libellis:
Istorum fiat copia fida, precor.

Ad Eruditissimum vi-

rum Christophorum Caluetum Strellam
Barcinonensem Francisci Calça Bag-
cinonensis Carmen.

Christophorū Strellā multū saluere iube
Vita sit & felix, incolu[m]isq[ue] diu. (mus:
Quid rerum faciam poteris, Caluete rogare,
Cum sic conticeam, scribere nilq. vides.
Depictos comites iusserrunt ponere quendā
Pictorem, nostra qui fuit vsus ope,
Ne[n]on & Reges Aragonū, maxima in aula
Hi, deputatos dicere quos solitum est.
Detinuit labor iste diu nos: deindeq[ue] vētū est
Nos[t]ros ad libros, edere quos libuit.
Ad te mittuntur nunc prima volumina, dele
Si quid displiceat, res ea grata mihiq[ue] est.
Iudicium sequar ipse tuū: mihi regula vera es.
Nā tibi non quenquā preferat ullus homo,
Qui modo te norit: tua vel prudentia quæ sit:
Et quam sis iudex rebus in hisce probus.

Ad cādidum lectorem

Auctoris Carmen.

Non cōpulē possunt omni grātē esse palato;
Quin vix vllus, non ego diffitear.
Yt cūctis placeant, studiū sit grata voluntas,
Si minus id potui, sit voluisse satis.

Eiusdem ad eundem,

Perlege cūcta semel, te quēso, cādide lector
Postea iudicio corrige quæq. probo.
Multā quidē impressor nō prudēs fecit, vt es
Errata, innumeris etiā locis, (sent
Emendare fuit non promptum protinus illa:
Non vitio nobis tu tamē illa dabis.
Si legis attente, prompte cognoueris esse
Typographi errores: culpa nec illa mea est.
Quod si nōnūquā dormitauerimus, æquū est
Id condonari, si leuis error erit.

Eiusdem auctoris ad librum.

I liber, & morsus patiēter suscipe quos vis:
Cum fieri nequcat, morsibus vt careas.
Quis prohibere potest, ne suggillexis, ineptē
multa loquens, doctis nec placitura viris?
Cum cōtra sensum multorū plurima tradas,
Rhonchos, qui fiet, ne patiare graues?
Aequo animo suffer, nāq. hæc patientia tādē
Suggillatorum flectere corda potest.
Scribere nil, potuit satius fortasse videri,
Nullius nasum sicq. mouere viri:
Sed patriæ pietas, & amor vehementior eius,
Istud ne fieret, passa fuere minus.
Ergo age ne sānas hominū, ne scōmata cures:
Sat tibi sit multis te placuisse probis.

DESCRIPTIO OBITVS ILLV-

stris viri D. Vgonis Moncadæ quatuor ingetium na-
vium actuariarum ducis, quas vulgus Galiasias appel-
lat, qui nuper ante Calerum oppidum Gallæ strenue
cum Anglis pugnans, multis percussus iætibus, quam

fortissimo animo, vitam cum morte commutauit,
& ne pagina vacua esset, hoc in loco digna-
vila, quæ opponeretur. Fra. ci-
sco Calça auctore,

Duxerat ingentis nauis Moncadius Vgo;
Quam tres ingentes ius erat usq. sequi;
Dum rapido cursu flammæ euadere curat
Experste moris nauis ea efficitur.
Obueri inßit prorem, in terramq. uenire
Accelerat: syries sed uetus e maris;
Id enim uiderunt hostes: accedere tentant;
Eximijs prædis ut potiantur ibi.
Diffugiunt nauæ, remanet dux inclitus Vgo;
Cum paucis socijs prælia magna gerens.
Pugnatum strenue est: nec non & fortiter hosti;
Obiiciens se, glandibus appetitur,
Glandibus ignitis, quas ferrea machina mittit;
Contra quæstutum nil queat esse viro.
Si non fugiſſent nauæ, defendere quibant
Ingentem nauem: dux quia fortis erat.
Desertum ut uidit ſeſe, tunc protinus omnes
In mortem uires contulit, alta petens:
Ut quondam Iudas Macabeus, Petrus ut olim
Moncada, ac medijs fluctibus alter Vgo;

C A P V T I.



A T ALONIAM cit-
rioris Hispanie partem illâ,
in qua lôgo tempore, post-
quam Francorum Regum
auspicijs, ac armis Sarace-
norum e potestate expta fuit, comites
incliiti Barcinonis magna cum gloria
sunt dominati: describere nobis instituē-
tibus non parum opere pretium: visum
est fore, si de nominis regionis huius ori-
gine nonnulla in initio differeremus. Nâ-
cum sint varie, quæ circumferuntur de
nomine Catalanorum sententiae: nō pre-
ter rem videri poterit, si non nihil lucis
ad investigatione veritatis fuerit nostris
disputationibus excitatum. Etenim ma-
goæ ſocordia condemnari iure, ne dicā-
insciæ, ac stupiditatis possemus; si tem-
tam incertam, & controuersam parum
illustratam dimittentes, omnem nostrâ
laborem, ac diligentiam ad ea, quæ faci-
lia cognitu euntes alijs esse possunt, ad-
hiberemus;

Francisci Calça

liberemus. Situs enim huius regionis, partes, & insignia quæq; loca vel peragranti vides & oppida, vel historias legēti, librosq; Cosmographicos fieri possūt manifesta. Quid vero hac in quæstione tam obscura, & perplexa sequendū, aut quid si minus veritas potest certa deprehendi, non admittendum pro certo sit, per paucorum esse putamus demōstrāre. Quamobrem dicemus de Catalanis omnium primum, ac perquiemus, qui fuerint illi, qui regioni nomen dedit, sint existimandi: tum regionem Catalanorum, quota pars sit Tarracensis Hispanie, quam citeriorem in initio Romani appellabant: quasq; partes, partiumq; particulas habeat, Deo optimo maximo benciuante declarabimus. Atq; , vt ab his exordium ducā, quæ sunt nostris magis nota hominibus, maxima pars gentis nostræ, neq; id nuper sane, verum a longo iam inde tempore in sententia huius modi fuisse deprehenditur, a qua nunc etiam non abhorret omnino, vt ab Augerio quodā Gotlāte cognominato Catalone

de Catalonia lib. I. 2
talone germano, vel duce quorūdā ger-
manorū dictos nos Catalanos, & regio-
nem Catalonia sit arbitrata, constan-
tissimeq; assueret. Catalanis autē cog-
nomē Augeriū tulisse quodā ex oppido
(vt ipsi referunt) nuncupato Catalone,
cui Regis francorum ille prēsidebat be-
neficio, sito illo quidē in Aquitania non
procul a Toloiatibus. Post illā enim no-
bilem Caroli Martelli victoriam, qua
regem sarracenorum Abdaramenum
cum pluribus quam ducentis millibus
Afrorum peremit, post mortemq; Eu-
donis ducis Aquitaniae creditur victor.
Martellus huic Aquitaniae oppido hunc
Augerium Gotlātem cum Germanico
præsidio præposuisse. Atq; illum Ange-
riū pleriq; nostrorū hominū tēporibus
Caroli Martelli, non nulli vero Pipini il-
lius filij tempestate dicunt magna cū ma-
nu suę prefecturę, vicinarumq; gētium
in hāc Hispanie citerioris partē hostiū è
seruitute liberandam, in libertatemq; al-
ferendam per saltum Pyreneum mag-
no fuisse impetu primū omniū ex Gallijs

Francisci Calça

ingressum, idq; vel spōte tua aggressum,
vel hortatu eius, qui rem Franciam tum
gerebat permotum, vel postulationibus
(vt fertur) atq; etiā pro certo apud nos
habetur nonnullorum Hispanorum ma-
iorum nostrorum, qui sese in aduentu &
victoria Saracenorum in saltum Pyre-
neum abdiderant, rogatum, occasione
præsertim in uitatum tempestatis illius,
qua Martellus, Francorumq; exercitus
saracenos iterum Pyreneum monte trās-
gressos, & in Galliam Narbonensem in-
gressos, quæ tum regio Gotia nominaba-
tur, necnon & Gotos ipsos a quibus acci-
ti saraceni illi fuerant, in penetralia Cata-
loniæ in urbemq; Barcinonem fecerat se
se recipere. Quamobrem in spem vide-
ri potest ille quidem Augerius Catalo cū
suis venisse, vt Gotorum tanta multitu-
do à Barcinonensibus intra urbem rece-
pta, vna cum Hispanis saracenis seruen-
tibus ad aduentum tanti exercitus rebel-
laret, contraq; hostes illos audacter arma-
sumeret. Porro sequutos illum ducem
Catalonem nouem tum viros genere, at
que

de Catalonia. li. i.

3

que armis præceteris clarissimos narrat; nomina quorum maxima cum eorum laude, totiusq; stirpis adhuc pene ex tantis gloria nostra ætate celebrantur. Quorum primū fuisse aiunt Napiferum quendam a Monte Catheno, cum Galcerādo a Pinosio, vel Pineoso, & Hugone a Matapiana, quartum Vuilielmum a Ceruaria, cum Vuilielmo Raymundo a Ceruillione, & Petro Alemano; Septimum vero Raymundum ab Angulatia vel Longularia, cum Vuisperio a Ripellis, & Berengario Rogerio ab Herillo. Cumq; superato saltu beneficio, ac ductu illorum Hispanorum, qui in Pyreneo monte iam latebant, Iuncarium in campum venissent, atq; inter obsidionem Emporiarū, in cuius urbis spem potuندæ venerant, fato fungi principem omnium Augeriu illum Catalonem accidisset: traditur tū exercitus ille yniuersus ex nouem illis he-
roibus vnumante cunctos eximium Napiferum a Monte catheno ducem, ac imperatore summum omnium electum sibi in defuncti locum suffecisse! Sed npe

A 3

vrbis

vrbis breuis capiendę destituti, rumore
præterea territi copiarum hostilium ma-
ximarum aduentantium dicuntur, qui vr-
bem tunc oppugnabant, illius obsedio-
nem deseruisse: nihil omagis tamē pro-
pterea rediisse in Aquitaniam, sed in Py-
renei saltus turissima loca sese retraxisse.
Siue quod veriti illi fuerint, ne minus
strenuè gessisse rem apud suos videren-
tur, minuſue gnauiter, quod recepissent
præstitiſſe: siue quod rebus in Aquitania,
regnoq; franciæ commutatis, principes
huius exercitus, quis locus dignitatis si-
bi futurus esset inter suos, non videbant:
in saltu illo sibi satis tutum receptum fo-
re sperantes, prosperiorem belli fortunā
esse iudicarunt expectandam. Cum igi-
tū hominum tanta multitudo salutem il-
lum Pyreneum occupasset, castrisq; tum
loci natura, tum structura ædificiorum
quam munitissimis sc̄le contra quoscun-
que hostium impetus communiuisset,
ac confitasset: frequenter in proxima
saracenorū loca maiores illi nostri facie-
tes excursus, secūdis prælijs vñi maximū
hostibus dicuntur terrorē incussisse. Ve-

cū enim uero & cū Carolus cognomēto
Martellus rerū in Gallijs potiebatur, & cū
Pipinus huius filius in locum patris suffe-
ctus rē francicā gessit, regium deinceps
nomen Romani pōtificis auctoritate cō-
sequuntus: evenit per se p̄, vt foedus inter
Gallos, & Affros, qui nostrā regionē tūc
occupatam obtinebat interueniret, atq;
induciarūm proinde tēpore quietam vi-
tā, vacuamq; a bellis maiores illi nostri
in saltu eo agitarent, mortuisq; plerisq;
illorū, qui cū illo Augerio Catalone hāc
in partem Hispaniæ venerant: proles ta-
men eorum generosa, atq; inclita præ-
clarū studiū imitata parentū nullā benē
gerēdē rei aduersus hostes occasionem
prætermittēdam esse iudicaret. Quinfie
quenter illi sollicitasse traduntur Hispa-
nos eos, qui tum sarracenis seruiebant,
vt ad diē aliquā conditā sumptis unde-
cunq; armis vna cū ipsa maiorū nostro
rū manu rebellarent, se seq; in optatā au-
da et̄ afferent libertatem. Quos cum
metus retineret, armorumque copia
nulla vñpiam extaret, animique assueti

tantum laboribus diurnis, ac rusticis nulli
rei minus, quam bello viderentur ido-
nei, respondisse feruntur malle sese illa in
seruitute esse, quā facinus aggredi tā peri-
culo sum: dimicarent proinde ipsi, qui nō
seruiebant, regionemq; hostium ē mani-
bus eriperent: sese libenter Christianos
Christianis suæ patriæ liberatoribus ad
eundem modum, quo Saracenis, seruitus-
ros. Hinc euenisce constans fama reffert,
vt mali quidam usus, etiam nostra tem-
pestate audiantur: seruitutes nimirum
propter eam causam præstari solitæ, ser-
uiq; redemptoris frequenter in ore sint
omnium nostrum. Quare cum Carolus
cognomento Magnus Caroli Martelli
nepos, Pipiniq; Regis francorum filius
perfidiā nostræ regionis hominum per-
tulæ, Milonem sororis suę virum, aut, vt
nostræ scriptores tradūt, Rholdanum ex
eadem sorore nepotem, cum frācorum
bene magnā manu nostram in hanc re-
gionem iussisset venire: fuitur per eam
partem saltus Pyrenei francicus exerci-
tus ingressus fuisse, ubi nostrorum mai-
orum

tum tum considebat multitudo. Hęc au-
tem multitudo francum ducem, exerci-
tumq; quam libentissime sequuta, non
modo fuit ausa quam longissime per ip-
sam Hispaniam cum francorum exerci-
tu peruagari: verum etiam hostibus mul-
tis cæsis, captisq; dirutis etiam, direptisq;
compluribus pagis, vicisq; necnon & op-
pidis aliquot oppugnatis ingentem præ-
dā cum hominum, tum pecudum, rerū
que aliarum agens, in columnis traditur in
fines Galliæ ipsam ad Carolum regē frā-
corum aduenisse. Neq; vero prætermi-
tendum hoc loco videtur, tametsi in hi-
storia nostrorum scriptorum recitanda
versemur, reperi in Gallicis historijs in
hoc francici exercitus ingressu expugna-
ta fuisse oppida præcipua Emporias, Ge-
rūdam, Ausonamq; urbem, & Zatum re-
gem Barcinonis Sarracenum in potesta-
tem francici exercitus venisse, urbemq;
eam Addoni Saraceno commissam be-
neficio Caroli Magni regendam, & Au-
sonæ urbis comitem factum quendam
Borrellum, Gerūdæ vero Rhosagnum
se u

Francisci Calça

seu Arastragnum, & Emporiarum quenam
dam Ermengaudium. Sed hec vtcuq;
fese habuerint, narratur tū Carolus vel
Rex solum, vel Rex, iamq; etiā Impera-
tor non procul a Pyreneo saltu, quē in
Hispaniam miserat exercitum expectās-
quadam in valle cū residua parte copia-
rum suarum consedisse: vallem porro il-
lam macram vallem solitā vocitari. Quā
obrem non multos post dies latus de re-
ditu militum, de prosperoq; belli illius
euētu mirati cœpit, cum aliud genus ho-
minum inter suos francos (videbat enim
magnam maiorum nostrorum turbam)
fuit conspicatus. Cumq; hominū genus
quodnam illud esset percunctaretur, vbi
resciuit qui nā illi essent, vbi repeiti fue-
rint, tum etiam quas ob causas saltum il-
lum occupassent, quid præterea parētes
eorum egissent, quidue animis agēdum
destinassent suis, quonia incolas fieri vel
le huius eos regionis agnouit: traditur in
memoriam tātē rei peraugustum quod
dam cœnobium construxisse, atque ex
illis spolijs ditatum quam munificentis-
sime

de Catalonia lib. i.

6

sime reliquissē, & vallem ante macram
vocatam, in posterum, atque etiam ad
hec usque nostra tempora pinguem ap-
pellatam: vnde Lagrasia illi monasterio
Benedictinorum est nomē. Vt vero pars
hæc Hispanię tota suo pareret imperio:
traditur tum Carolus ille in comitatus
quosdam eam distribuisse, comiteisque
præterea, vicecomites, & ductores ei-
quitatus comitores nominatos, & decu-
riones equitum vasuassores a nostra gē-
te appellatos creasse: seorsum autem cla-
rissimis illis nouem gentis nostræ heroi-
bus, seu illustri eorum prolicastra quæ
dam (quibus an hijs sua nomina indide-
rint, an a castris illis nomina sint hijs sua
mutuati, trahi solet in controversiam)
dono fertur pro mercede, præmioque
bene nauaræ in certaminibus opere Rex
Carolus elargitus, baronumque titulis
tum eos insignitos fuisse: ferunt: qui ni-
mitum non alium, quam regem francū
haberent patronum. Quamobrem parē
illos putarūt multi ex nostris maioribus
potestati

poteſtati comitum habuiffc poteftam.
Admiratus autem dacis cognomēto Ca-
taloniſ rex ille Carolus tam p̄æclarum
incēptum, qui citeriorem ad Hispaniam
Christianæ fidei ab hostib⁹ eripiendam
tam bene magnam manum hominum
coēgiffet: tanti ut facinoris memoria po-
ſet omnem in eternitatē perdurare, ſta-
tuifſe dicitur Rex idem, ut in memoriam
tanti ducis hæc noſtra regio a duce Cata-
lone Catalonia denominaretur. Inſedit:
autem in animis hominum noſtræ gētis
hæc opinio tenaciter adeo, contradice-
re. ut quisquis audeat cœlum cum terra
miſcere velle videatur. Id paſſim loquun-
tur pleriq; noſtorum hominum, id opti-
mates frequenter commemorant, idque
ipſum vulgus vniuersum p̄ædicat, affir-
mat, & aſſeuera. Etenim cum nihil aliud
ſit traditum ab antiquis, noſtriq; maiori-
bus, ſed quāſi per manus hæc ſit inuulga-
ta iam inde a primis noſtris authoribus
hiſtoria, tametsi nonnullis cōturbata po-
ſteritatis ignaræ falsis additamentis: quid
aliud dicat gens noſtra, habet plane nihil.

Quam

Quāobrē nemini debuerat mirū eſſe re-
rum noſtrarum ſcriptorem Petrum To-
micum non aliunde nomen Cataloniae,
quam a duce principeq; Cataloniae dedu-
xisse. Non enim commētum quodpiam
apud ſe ortum prodiſit nobis: ſed hauiſta
a parentibus, maioribusq; noſtris ſuis in
commentarijs, quos nobis reliquit, expo-
ſuit hiſtoriam. Qui vero cōtra ſcripſere,
videri poſſunt in ea quidem re non tam
cum Tomico veluſſe certare, quam ſty-
lum stringere aduersus noſtram ipsam an-
tiquitatem. Nō enim vñus Temicus, ſed
vniuersus pene conſensus hominum no-
ſtratum omnium videtur per eos redar-
guendus. Qui ſcribere aduersus hanc hi-
ſtoriam cogitat, dareq; operā nititur, ut
opinionem, quam noſtris a parentibus,
maioribusq; hauerimus funditus noſtris
ab animis reuellamus idem laboris,
quod Hercules in monſtris orbis perui-
cendis, & contundendis, credendus eſt
ſubiturus. Quo quidem in labore tātum
abefit, ut versari velim, ut ne cum homini-
bus meæ nationis depugnem, proſilear
ingenue,

ingenue, atq; etiam palam p̄ te feram
nibil aduersus confirmatam longissimi
spatio temporis opinionem me velle hi
sce disputationibus videri elucubrasse.
sentiat proinde quisq; quod sibi magis
visum fuerit verisimile. Nihilominus ta-
men quid aduersus hanc nostram histo-
riam dicatur (vere ne, an iecus, nō anxi
admodum curo) postulat operis a me
suscepti ratio, vt a nobis haud quaquam
pr̄tereatur.

C A P V T . 2 .

NO N defuere satis bene multi
(vel quod ipsis sapere plusquā
alijs contingere, vel quod vul-
go recepta nequeant iudiciis ip-
sorum probari) qui reclamare sint ausi
huic tam constanti fame, tam probatęq;
nostris hominibus opinioni, nomēq; no-
strum, nostręq; regionis aliunde potius,
quam ab Augerio Gotlāte Catalone de-
ductum contēdant fuisse. Nam cum nul-
lis in historiis Gallorū, nullos apud pro-
batos

batos auctores hunc Augeriu Gotlantē
deprehendant Catalonē; nec possunt fa-
cere quin credant eam totā, quæ de Au-
gerio seu Otgerio, seu Rogerio circum-
fertur historiam fictam ab aliquo impo-
store, quales passim deprehenduntur cō-
plures, fabulā fuisse. Quorū ē numero,
vt multos alios pr̄teream, vir quidam a
nobis in mediū proficeretur, vnde cūq; il-
le quidē doctissimus, iudicii quā acerri-
mi, & auctoritatis tātē, quantē ullus alias
esse possit, Laurētius nimirū **Valla**, qui
in historia, quā scripsit de nřo rege Fer-
dinando primo in hunc de Catalonia lo-
quutus est modum: De origine quidem
horū nominum (loquebatur autem de
Catalanis, Aragonensibus & Valentiniis)
non putaram faciendum, vt redderē cau-
sam, nisi quædam de eis litteris tradita
scirē, quę mihi nō plane probantur, ea ta-
mē iudicio aliorū relinquā. Atq; vt a Ca-
talonia, d̄ qua vetustior est narratio, quā
de Aragonia (nā de Valētia, quę nomen
antiquū retinet, nihil queritur) p̄t̄ dicā;
aiūt fuisse Otgerū quēdā, cui nōmē erat
Catalo

Francisci Calça

„ Catalo, ad debellandas Hispanias a Caro-
„ lo Martello missum cum magno exerci-
„ tu, ac flore Galliarū, eumq; cum vix quic
„ quam Hispaniae subegisset, breue intra tē
„ pus morbo extincitum cum summa post
„ eius obitum pernicie suorum. Vnde pa-
„ rum verissimile est ab hoc viro prouin-
„ ciae nomen impositum quam nō subege-
„ rit, & a qua sit quodammodo subactus.
„ Non enim calamitatis accepit, sed par-
„ te gloriae testimonio debet impositum
„ nomen esse prouincię. Quapropter non
„ me pœnitet eius sententia esse, vt hoc no-
„ men nō recens sit, sed admodum vetus:
„ cum legamus apud Plutarchum in vita
„ Sertorij vrbe quādam egregiam illic suis
„ se nomine Catalonem, & eius incolas Ca-
„ talonias nominatos. Probat non potuit
„ tāto viro, quæ de nomine Catalonię ma-
„ iorū nostrorum auctoritate corroborata
„ vulgo circumferebatur opinio, non
„ taliam (vt ille ait) ob causam, quam quod
„ patrum verissimile sit ab homine, qui ni-
„ hil rerum gesserit in recipienda sarrace-
„ norum à ditione, & imperio regione, no-
men

de Catalonia. li. i.

9

naen impositum fuisse prouinciae. Verū
& aduersus hominum nostræ gentis opi-
nionem, & aduersus eam, quam nititur
vit ille doctissimus adstruere; non leue
videtur esse argumentum, quod nullis
in historijs, nullis in libris, aut latiorum
hominum, aut hispanorum, qui modo
prīcis illis scripserint æstatibus nomen le-
gatur hoc Catalonię, aut Catalanorum:
non quidem ante Caroli cognomento
magni imperium, non ipsius Caroli Ma-
gni tempestate, non Ludouici eius filij,
quin nec vix Caroli Calui temporibus
vllis extant eorum ipsorum nominum
monumenta vlla. Quod si non oblatam
dixeris fuisse occasionem, vt mentio illis
antiquis temporibus nostræ fieret regio-
nis: constat quidem in historijs eorum,
qui latino sermone res illorum tempo-
rum scripsere frequenter cuenisse, vt fie-
ret sermo de bellis, deq; rebus, quæ in
hac nostra regione gererentur. Hæc au-
tē regio Hispania semper nominata fuis-
se deprehenditur, cum ab alijs, tum ab
ipso Catolo Magno in suis Diplomati-

B

bns

bus, in q; testamento ipsius, & in decretis eiusdem. Id ipsum facile videre est in Ludouici Pij huius filij rescriptis, atq; etiam Caroli Calvi, qui huic Ludouico successit. Horum autem visuntur epistolæ ad maiores nostros missæ, quarum sunt exē plain Maximi templi Barcinonensis tabularijs, quæ archiuia vocantur. Quam obrem si fuit ab oppido per antiquo Catalone consequuta nōmē Catalonia regio hæc nostra: vel olim id nōmē habuit hæc nřa regio, vel causa est explicanda, cur nuper tam magna pars citerioris Hispaniæ nōmen acceperit illius oppidi, cur q; ab uno illo oppido Catalone tota sit hæc nostra regio denominata Catalonia ut nimirū regnum Valentia vniuersum ab una sola vrbe valentia. Verū enim uero id iā olim euenisse huic nostræ regio, nō nōmo fuit ausus afferere: etenim nullis id potest librorum monumentis confirmari. Porro Catalo oppidū nullū comprehenditur in hac nostra Catalonia vñquā extitisse: nec aliudde huc transmigras se yllos Catalonios, ybicumq; sīnū statui-

de Catalonia. lib. I. 30
tur hoc Catalo oppidū. Etenim, quod à Plutarcho profert nobis Valla testimoniū, multis vacillat illud defēctibus, fidei q; pruebitur proinde habere robur. In exēpiantib; enim operū Plutarchi scritis Græce, at q; adeo in ipsis scriptorum Plutarchi fontibus oppidi Catalonia nūla fit plane mentio, sed potius Castulonis. Hoc autem oppidum non in citerio, re Hispania, sed in vltiore sitū fuisse cū Strabo, tū Claudius Ptolomeus cū sexcētis demonstrat. Catalonia autē oppidum, olim aliquod extitisse in Hispania vt nō inficias iuero: sic per negabo. eiusmodi, oppidū yllum in hac nřa citerioris Hispaniæ parte vñquā extitisse. Etenim in mari litore multū supra Valentia fines, atq; adeo supra nouam Carthaginē Catalon oppidum ab Stephano græcq; scriptore in libro, quē scriptū ille nobis reliquit de yrbibus fuisse olim memoratur. Nam in dictione ἀριστα Otisiam yrbem dicit esse Hispaniæ, cuius populus dictus sit Oritanus. Additque Arthemidos rum in Geographicorum suorum libro

Francisci Calça

secundo scriptum reliquise,cum de Oritanis loqueretur,atq; dealio quodam propinquo populo eos habitasse in maritima regione,necnon & in quibusdam partibus mediterraneis, primum quidē Oritanos ipsos quorum ciuitates essent magna Orisia,& Catalonia. Ex hijs verbis cum coniunctos esse ostendat Arthemidorus Oritanos,& Cataloniaos: vrbē autem Oritiā liquido satis cōstet esse multum supra nouam,vt diximus, Carthaginēm, Quod ex Ptolemæo,atq; alijs Geographis potest cuiuis innotescere: nō est cur vereamur,ne sit Catalonia oppidum vilium eorū,quæ nostra in hac regione extiterunt. Neq; enim oppidum nunc Emporiarum , quod Castellio nuncupatur antiquum illud fuisse oppidum Cataloniaem, quo de loquimur , quispiam prudens rerum harum fuerit ausus asseverare. Etenim ex ruinis Emporiarum extructum hoc oppidum fuisse Castellionem manifestè nostræ Historiæ,scripturæque non admodum veteres eloquuntur. In Emporiano rursus tractu,nullum vetus oppidum

de Catalonia li.r.

ii

oppidum legitur vñquam hoc nomine fuisse. Quod si quēquam mouet dictiōnum affinitas,vt Castellio ex Castulone, vel Catalone olim oppido , factum nō men recens videatur,proptereaq; Laurentii Vallæ defendi commode posse opinionem contendat:supra Balagarium oppidum Castellio de Fatfanya, in Aragonia Castellio rubeus vulgo,Castellon Roig,in regno Valentino, Castello dela Plana,aliaq; multa hoc nomine oppida adferentur,vt non magis hoc nostrum oppidum,quod est iuxta Emporias,quā cætera pertinere vel ad castulonem, vel ad Catalonem oppidum Laurentii Vallæ intelligatur. Recētes quidem hæ sunt nomenclature. Vbi enim castrū aliquod extruebatur hoc nomine Castellionis vulgo,Castello,quasi castellum paruum nuncupabatur. Sed quid de Castellanis Ptolemæi dicemus? Hos populos ducatus Cardonii plerique cōtendunt: Esto. Hii ab oppido Cataloniae Laurentii Vallæ denominati fuisse videri poterūt. Sed quibus ea regio nota cōt,facile fuerit

Francisci Calça

eis intelligere propter frequētia castella
inibi constructa, quorum pars maxima
nūc etiam est superstes, partis bene quo-
q; magne sole visuntur ruinæ, eos popu-
los dictos fuisse castellanos. Quare si a
castellis olim inibi construētis frequenti-
bus denominati potius deprehenduntur
illi Ptholemei castellani: non est cur ibi
Catalonem oppidū Laurentij Vallæ col-
locemus. Sed, ut rē arctius premam, si eb
oppido Catalonia, vt vult Valla, dicta est
Catalonia: respōderi mihi peruelim, nos
cur nunc nō dicamur Catalones, aut Ca-
talonijs, vt a Lacedemone Lacedemones
& Lacedemonij, a Macedone Macedo-
nij, ac Macedones, a Sidone Sidones, ac
Sidonij. Iam igitur cum hæc analogia ra-
tio a Catalonia oppido nos demeniret
nominandos fuisse Catalones, nos vero
non Catalones vocamur sed Catalani:
proculdubio aliunde videatur denomi-
nati, quā a Catalonia oppido. Quare cū
hic scrupulus nos male angat: superesse
videtur, vt, quid dictum sit ab alijs doctis
viris de hoc nostro nomine, perquira-
mus

de Catalonia. lib. i.

12

mus. Sic enim poterit fortassis evenerit;
vt ex multorum animaduersis opinioni-
bus aliqua uerisimilis ratio nominis de-
prehendatur.

C A P V T. 3.



Lerisque alijs doctis viris (qui
bus neq; nostrorum hominū
probatur historia, multo q; mi-
nus verisimilis Laurentij Vallę
videtur sententia) vt olim a Celtis & Ibe-
ris, sic deinceps a Gotis & Alanis, qui pri-
usquam Saraceni in Hispanias sese effu-
derunt, regionem obtinuere hāc, placet
dictos fuisse Gotalanos maiores no-
stros: progressuq; tēporis corrupta, vt fit
in alijs plerisq; nominibus, dictione, ex-
Gotalanis factos Catalanos. visaq; est pro-
babilis adeo cunctis viris eruditis hæc E-
tymologia, vt, qui eam non probet, ac-
sequatur, ne vel micam eruditionis sape-
re, nedū vir doctus habendus iudicetur.
Quymobrē videoas passim cū Italorū, tū

Germanorum, necnon & Gallorum libros latine scriptos, nostrorumq; etiam hominum recētiorum plenos nominis huiusmodi interpretatione. Inter quos quidem nobis nondum cōstare potuit, qui fuerit, cui primum omnium in mente venerit hæc verbi notatio, quiq; primus hanc opinionem in animos studio forum bonarum litterarum cōperit insillare. Verum, ut nostra fert opinio, Blodus si nō primus auctor huius extitit sentiæ, & etymologiæ: tamen is deprehēditur fuisse, qui maxime omnium sit cōnatus, idq; operam dederit, ut politioris literaturæ candidati in hanc adducerentur sententiæ, ac opinionem. Is enim in decadibus suis inclinationis Romanorū libro primæ decadis septimo in hūc verba facere cernitur modum: Athanagil-dus, inquit, Agilantis, leu, ut alii eum appellant, Agilē regis Gotorum successor, quo tempore Oltrogoti in Italia sunt deleti, regnum Hispaniarum habebat quietissimum, quod annos viginti duos pacificum conseruavit, & in lōga pacis quie-

te Visigotis Hispanias citeriorem vlti-
rioremq; pacatissimas habentibus, Alanī cū Visigotis ita coaluerāt, vt in illius gentis nomen suum tensim cōfuderint, atq; amiserint. Eos enim Alanos ostendi-
mus noluisse cum Vandalis in Africam nauigare, & postea pulsos à Sebastiano Valentiniani imperatoris duce ex Lusitania, quam sperauerant retinere, ad Visigotos confugisse: qui quidem Visigoti eos ducentes suspectos numquam uno in loco statum habere permisérunt: Immo ne vñquam possent aut per scipios rebellare, aut in Vandalos gentem amicam respicere, continuerunt illos in Hispania citeriore; qua ex populorum mixtura facta est, quæ xiuste etiam nostra permanet gentis vtriusq; nominis composi-
tio, & qui eo modo incoluerant citerio-
rem Hispaniam Goti, & Alanī nunc di-
cūtur corrupto vocabulo Catalani. Gēs profecto ferocię illius, quæ generi suo in omnibus respondeat. Et, siue casu fa-
ctū sit, siue ex ingenio, bene habet, quod pri-
mam composito in nomine obtinet paitem

5; partem Gotica gens præstantior, quæ &
 5; Romæ capere posuerit florentissimā, &
 5; capta paulo post Hispaniæ regna mille
 5; iem annos, supraq; licet aliquāto minus
 5; integre, conservarit. Atq; hæc quidē no
 5; bis scripta reliquit Blōdus. Quæ primus
 5; ne omnium domi suæ nata protulerit,
 5; an aliunde iam erta in sua transfuderit
 5; scripta, nobis haud quaquā fuit facile de
 5; prehendere. Id vero liquet abunde cun
 5; ctos viros doctos, doctineq; elegantio
 5; ris candidatos sic illam esse amplexatos
 5; histotiam, illudq; etymum nostri nomi
 5; nis: nihil ut iam sapere videri queat, qui
 5; cōtra sentire, atq; loqui de nobis audeat
 5; Catalānis. Verum enim uero ut non po
 5; test illa quidem nō erudita, per quamq;
 5; apta senseri, maximeq; vērisimilis nomi
 5; nis nostri ratio: nihilominus tamen luto
 5; in eodem hærere, in quo superiores illæ
 5; hærent, hæc tā ingeniosa, tamq; acutata
 5; verbi notatio est existimanda. Nō enim
 5; Gotalanorum nomen, non Catalanorū
 5; auditū fuit vñquam, non scriptū, nō pro
 5; latum ante quā post Carolū cognomē
 5;

5; to magnum, tertīaq; illius progeniē clā
 5; rere comites Barcinonensis in hac nostra re
 5; gione incepérunt. Nam quāvis innōme
 5; ris in libris scriptum nomen Gotalano
 5; rum demonstratur: tamen eorum esse li
 5; bri deprehendētūr, qui ducētos ab hinc
 5; tantum annos præclara aliqua opera cō
 5; scripsérunt. Quod si paulò quisquam an
 5; tiq; auctores auctores protulerit, non erūt,
 5; nisi nos libroru, quos hactenus legerim⁹
 5; nullit memoria, non erunt, inquam, illi æ
 5; tate superiores nostro Barcinonensi co
 5; mitte Uñfredo, cognomine Villojo. Por
 5; ro qui de Getis scripsérint, deq; Alanis,
 5; cū in Hispania cōsidentibus, tū etiā alijs
 5; in orbis regionibus, extāt auctores plu
 5; res. Ex quibus sunt nō panti, qui res illo
 5; rū scripsere tēporib; gestas ijsdē, quib.
 5; ijdem auctores scribēbant. Verum enim
 5; vero nūspīa in scriptis illorū antiquorū
 5; auctorum, cum Italorū, iū Galloj, aut
 5; Hispanorū nomē Gotalanorū reperi
 5; tur. Extāt Toletana illa cōsilia, nonnulla
 5; q; alia perantiqua scripta, in quibus nū
 5; spīam Catalanorū nomen, aut Gotala
 5; nerum

Francisci Calça

norum est positum. Recens est enim nō men hoc nostrum Catalanorū. Etenim initio Iberi fuimus nominati, deinde Hispani. Celtiberi autem, tametsi id nōnulli contendant, numquam sumus appellati. Tarragonenses vero Romanorum tē poribus nominati videri possumus, cum in hac nostra regione sit vrbs illa celeberrima Tarraco, e qua sit tertia, eademq; maxima pars Hispaniæ nuncupata Tarragonensis. Gotalani autem, aut Catalani, vel, vt scribunt quamplurimi, Catelani nuperimum dicti fuisse deprehendemur. Contigit enim recentes fuisse colonos illos, qui regionem hanc nostram Deo optimo Maximo, diuinoque illius cultui restituentis nōmē id ad nos attulerunt. Quod si dixeris nihil causæ esse, cur nōmē recens formatum, vel ab antiquis Cataloniis, oppidoq; Catalone, vel ab Alanis, & Gotis deduci non potuerit, aut coalescere responderi poterit hoc nunc non agi, potueritne hoc recēs nōmen illincesse deriuatum, aut compo situm: sed num Catalani hac in regione citerio

de Catalonia lib. i.

15

citerioris Hispaniæ ex ipsis Gotis, & Alanis coaluerimus, an ex antiquis illis Cataloniis fuerimus producti. Nam quāprimum gēs nostra ex Alanis, & Gotis coaliuit, aut ex Cataloniis producta fuit, necesse est, vt nōmen confessim gens hæc nostra ex eo sit consequata. Id porro nō men in usum, sermonemq; hominum venisse tum primum oportuit, cum formatum, productumq; fuit. In scripturas autem, eorumq; libros, qui res gestas hominum æternis consecrant monumētis, nōmen huiusmodi nuspiani venisse reputatur, nisi post expulsos ab hac nostra regione saracenos, haudquaquam vero antehęc tempora. Quę cum ita sint, illud solum inquirendum videtur, num aliunde quam à Catalone duce, aut oppido, aut etiam Gotis & Alanis esse videri possimus Catalani nominati. Verum emperio priusquam me ad id peruestigandū accingo: non præteribo non defuisse quibus placuit non tam commode nos denominatos fuisse a Gotis & Alanis, quā à Catis & Alanis Catalanos. Sic enim fieri non

non oportebit dictionis corruptio-
nem. Et verisimilius est à dictionibus
magis cognatis, & similibus, quam ab a-
lienis, & dissimilibus, cum maxima litte-
ragata mutatione nomen aliquod noua
gam deriuari. Quamobrem unum illud
occurrit spectandum, eequando Catii in
Hispanis, aut gallis vixerint cum Alanis: quando Alanos coabitasse cum Go-
tis extra omnem est contouersiam. Id
vero num in Aquitanja cōtigerit, an ve-
ro in hac nostra citeriore Hispania dedu-
ci potest in disputationem. Sed de Catis
nemo, quod sciam, tradidisse legitur eos
per se venisse viaquam in Hispaniam. Il-
los autem partem esse gentis orientalis
Goticæ, ac proinde. cum Gotis venisse
potest ex aliquorum probatorum auto-
rum scriptis demonstrari. Gotos enim
ipsos tradunt aliqui ex probatis auto-
bus Getas fuisse dictos, Getasque ipsos
cognominatos Gatos. Quamobrem non
sunt, qui dicāt a Gotis quidē, sed illis, qui
Catii sint cognominati, & Alanis dnomi-
natos maiores nostros fuisse Catalanos,

Caput

C A P V T . 4 .



E D quoniā unde prodierint
Goti, qui in Hispaniarū prouincias irruperunt, a Gotiane sita
in insula scādinauia oceanī ma-
ris Septentrionalis, quod & Germanicū
& Baltheū nominatur, vt Haolaus Ma-
gnus episcopus illorum cum nonnullis
alijs septentrionalium rerū scriptoribus
contendunt, an a Scytia Europæ, velut
pleriq; alij doctorum scriptorū afferunt
contouersum esse video: de ea re, quæ
patū facere nostro instituto videtur, hoc
in loco non censeo esse disputādum: sed
de Catis solis num. commixti cum Go-
tis in Gallias ac Hispanias vñq adueni-
rint. Etenim si iuncti cū Gotis vñpiā Catii
sele cū Alanis cōmiserunt: nemini du-
biū, nisi nimiū stupido poterit esse nos
ex Catis & Alanis nuncupatos fuisse Ca-
talanos, atq; multo facilius, quā ex Gotis
& Alanis. Blōd' igitur ipse, aduersus quē
nūc disputare instituimus, in lib. decimo

Decadis

„ Decadis primæ hæc verba scripta reli-
 „ quit: sarracenis eo conflictu (loqueba-
 „ tur autē de victoria secunda Caroli Mar-
 „ telli in Galtia Narbonensi contra sarace-
 „ nos præstantis) ita territis, ut intra Pyre-
 „ néum arma Caroli Martelli formidarēt:
 „ omissis regio, quam Visigoti, & eis coha-
 „ bitantes parvæ Alanorum, minime Sue-
 „ uorum reliquæ in citeriori Hispania, &
 „ in Gallia possidebāt, Caroli & exercitus
 „ præda mansit. Debacchatus autem toto
 „ in Visigotorum regno Caroli exercitus
 „ postquam cæde, prædaq; faciatus est Nar-
 „ bonæ, Agathes, Nemausi, & Bitterrarū
 „ excidio desierunt. Namq; eas v̄bes fran-
 „ ci incendias, dirutasq; penitus desertarūt.
 „ Ita omnes Visigoti regno (in Vasconia,
 „ Narbona, Tolosa, & ceteris ciuitatibus
 „ proximis annos trecentos continuato
 „ imperio) priuati ita exterminati sunt: ut
 „ præter eorum particulam, quæ in Barci-
 „ nonensium protectionem confugit visi-
 „ gotorum nomen vbiq; fuerit extinctū.
 „ Significauit nobis hijs quidē verbis Blō-
 „ dus cum Alanis nō solos cohabitasse Go-
 „ tos

tos, vt non necesse sit ex Gotis & Alanis
 nos factos fuisse Catalanos: sed & Sue-
 uos etiam, quos libro primo ciudē de-
 cadis excitatos fuisse ait vna cum Alanis
 & Vandalis per Stilliconem, vt Gallias in-
 uaderent. Sueuos porto vna cum Van-
 dalis, & Alanis eam Galliarum partem,
 quæ Aquitania dicta a Ligeri amne ad
 Pyrenæum, Britannicumq; mare expor-
 rigitur, populationib⁹ ait, incendijsq; soe-
 das: animum etiam eis fuisse Pyrenæo
 transmissò Hispanias irrampere, qui Py-
 renæi claustra ingressi prouincias ulter-
 ioris Hispaniæ inter se se fuere sortiti, vt
 Vandalis Betica, Alanis ac Sueuis Luci-
 tania sorte obueniret. Hæc igitur cum
 nobis tradat Blondus, si Catos gentem
 quandam Sueuis commissam demon-
 strauerimus, cum Alanois Sueuis coniun-
 ctos fuisse constet: Catos Alanis commis-
 stos fuisse demonstratum erit. Quamob-
 rem Blondum plura nobis de Sueuis eō
 memorantem audiamus: Vandalis, inquit,
 in Afficam nauigatibus, & Visigotis re-
 licitam ab illis Beticam recipientibus, A-
 lanis

Francisci Calça
iani & Sueui Lusitaniam deserentes propter arma Sebastiani comitis Valentinia ni imperatoris ducis in Visigotorū tute lä ad Beticam confugere. Quoniam igitur per Blondum, auctoresq; alios, quos Blondus sequitur, nobis manifestū sit in Hispania sic semper fuisse coniunctos Sueuos cum Alanis, ut idē consilium armorum, aliarumq; rerum habuerint: superest, vt Catos in ipsis Sueuis extitisse probādum sse videatur. Etenim sic demonstratum erit potuisse percommode, per facileque cuenire, ut ex Catis & Alanis, Catis, in quā, qui erant inter Sueuos nostri prodierint maiores appellati Catalani. Hī vero num in Betica, an vero iam in Lusitania sint ex Catis & Alanis facti Catalani: an vero postmodum in hac nostra regio ne, quemadmodū Blondus voluit, quando de Gotis & Alanis loquebatur, demō stare: an vero alibi, investigare nō hoc tē pore sum sollicitus: in consequenti nostrae orationis cursu siet id, ut spero, quā manifestissimū. Quoā brevem vñt quales fuerint inter Sueuos Cati (qua de iecūc est suscep-

de Catalonia lib. I. 18
suscepta disputatio) cognoscamus: quid de Catis scriptum praeclari reliquerint auctores enarrabimus.

C A P V T. 5.

Enones (inquit non parū lecu ples testis Strabo libro de situ orbis tertio) Sueorum natio, partim intra, partim extra sylum habitant Getarū genti cōtermina. Sueorū autē gēs amplissima ē Rheno, siquidem usq; ad Albini loca depascitur, quemadmodum Eumondens Lancoset, gi. Nunc autē isti trāffluviū in fugam cō pulsi exciderunt. Commune autem est omnibus, qui hunc tractum incidunt, ut alio facile migrent, & propter vicissitudinem, & propter agrotum ignauias, colendorum, & propter inopiam pecuniarum. Cumq; in tugurijs habitent, in diem habeat supēile cōilem, plurimam e pecoribus trahunt alimoniam, sicut & nomades, corumque instar domesticum in carris tollentes instrumentum

„ tum, quo cunq; sors tulit, & opinio suis
 „ cum armentis conuertuntur: hi autem a
 „ lij etiam Germaniæ populi indigentia la
 „ borant Cherusci, Catii, Gamabrinii, Chat
 tuarij. Quid cum Sueuis confine habeat
 Cati, quid cum illis commune ex Strabo
 nis verbis hisce nobis significatur: Quare
 quid Plinius quoq; libri quarti naturalis
 historiæ cap. 14. dicat de Catis eisdem, vt
 „ q; Sueuis committi Catii ipsi fuerint, ac
 „ vicini videamus: Germanorum quinq;
 „ sunt, inquit, genera, Vindili, quotu pars
 „ Burgudiones, Varrini Catini, Guttones:
 „ alterum genus Igæuones, quorum pars
 „ Cimbri, Teutoni, ac Caucorum gentes:
 „ proximi autem Rheno Ilaeuones, quo
 „ rum pars Cimbri mediterranei: Hermio
 „ nes, quoru pars Sueui, Hermuduri, Catii
 Cherusci. Ex horum duorum præclaro
 rum auctorum testimonij dilucide po
 test deprehendi Sueos quidem Catos
 non esse, vicinos tamen Sueuis, cum ali
 quo commigrarunt cum illis cōmistas
 Sueuorum nomine esse intelligendos.
 Etenim facile potest credi, verisimileq;
 proinde

proinde esse, vt propter viciniam addu
 cerentur Catii facillime, vt quo se trans
 fundere Sueui decreuissent, se ipsos Ca
 ti vna cum Sueuis transferrent; vt pote
 quos Sueuorum vicinia, & amicitia v
 na cum ip̄a inopia, & indigentia cōmu
 tandas ad sedes inuitarent. Præfertim
 cum ad motus Vandalarum, Gotorum,
 & Hunnorum, quotiescūq; illi sedes mu
 tare constituerunt innumeratas alias vici
 nas gentes conspirare semper solitas le
 gamus. Etenim Vandaloſ sequuti fuſſe
 dicuntur Burgundiones, Saxones, Alani,
 Sueui, Quadi, Gepidae, Heruli, aliæq; na
 tiones, vt apud ipsum Blondum videre
 perfacile est, quam plurimæ. Quamobrē
 non parum erit probabile vna cum Sue
 uis Catos in Gallias primum, deinde in
 Hispanias venisse. Quare Gallicæ cuius
 dam Historiæ scriptorem non contem
 nendum Robertum Senalem Arboricē
 sem Antistitē in libri prioris perioce vn
 decima, quod Catalonia a Catis, & A
 lanis dictam audeat affirre, non est cur
 dignum reprehensione censere debean

» mus. Huius autem Roberti senalis ver-
 » ba non erit præter rem subiucere, ne quis
 » nos putet pro nostro nos a:bitrio testes
 » citare. Neminem latet, inquit, Hispaniā
 » totam partim fuisse Vandaligenam, par-
 » tim Alanicam, partim etiam Goticam.
 » Id cestendunt nomina Vuandalusia ab
 » Vuandalis in Betica, & Catalaunia, vul-
 » go Catalogne a Catis, & Alanis. Sed pau-
 » lo superius dixerat iam idem Robertus
 Senalis a Catis & Alanis, alias verò Gotis
 dictam esse Catalonia. Hic autem cū
 dixisset a Catis & Alanis dictam Cata-
 loniam, volens doctis viris satisfacere a Ca-
 tis, inquit, alias verò a Gotis dictam Cata-
 loniam, idq; vel quod putaret Catos ip-
 los Gotos esse, vel quod se voluerit ad
 doctorum virorum accommodare sen-
 tentiam. Quæ quidem vt cunque se ha-
 beant, nihilo secius tamen illud videtur
 confessum non esse cansam villam, cur-
 rō nos a Catis & Alanis dictos fuisse Ca-
 talanos contendamus. Quam obrem vt
 nos non poeniteat generis Catorū quid
 de Catis traditum sit a Cornelio Tacito
 describere

describere hand quaquam grauabimur. »
 Ultra hos, inquit, Catii initium sedis ab »
 Hercinio saltu inchoant, non ita effusis, »
 ac palustribus locis, ut cæteræ ciuitates, »
 in quas Germania patescit. Durant si qui, »
 dem colles, paulatimque rarescunt, & Ca- »
 tos saltus Hercinius prosequitur, simu- »
 latq; deponit. Duriora genti corpora, »
 stricti artus, minax vultus, maior animi »
 vigor. Multum vt inter Germanos ratio- »
 nis & solertie, præponere electos, audi- »
 re præpositos, nosse ordines, intelligere »
 occasiones, differre impetus, disponere »
 diem, vallare nocte, fortunam inter du- »
 bia, virtutē inter certa numerare: quod- »
 q; tacissimum, nec nisi ratione discipli- »
 ne concessum, plus reponere in duce, »
 quam in exercitu: omne robur in pedite »
 quæ super arma ferramentis quoq; & co- »
 pijs coonerat. Alios ad præliū ire videoas, »
 Catos ad bellū, rari excursus, & fortuita »
 pugna. Equestriū sane virorū id propriū »
 cito parate victoriā, cito cedere: velo »
 citas iuxta formidinem cunctatio, pro »
 prior constantie est. Et alijs Germanorū »

Francisci Calça

„ usurpatum populis , rara ex priuata cu-
„ iusq; audientia apud Catos in cōsensum
„ vertit . Ut primū adoluerint crimen ; bar-
„ bamq; summittere , ne nisi hoste cæso
„ exurere votiuum , obligatumq; virtuti o-
„ ris habitum super sanguinem & Ipolia :
„ reuelant frontem , seq; tum demum p̄c-
„ tia nascendi retulisse , dñe; patria , &
„ parentibus ferunt . Ignauis , & imbecilli-
„ bus manet squalor , fortissimus quisque
„ fr̄tē insuper annulum , ignominiosum
„ id genti , velut vinculum gestare donec
„ se cæde hostis absoluat : plurimis Catorū
„ hic placet habitus . Iamq; canēt insignes ,
„ & hostibus simul , suisq; monstrati : om-
„ nium penes hos initia pugnarunt . Hæc
„ prima semper acies vīlu noua ; nam nō
„ in pace quidem vultumitione mansue-
„ scunt . Nulli domus , aut ager , aut aliqua
„ cura : prout ad quemq; venere , aluntur ,
„ prodigi alieni , contemptores sui , donec
„ sanguis senectus tam diu & virtuti im-
„ pares faciat . Ficiunt hæc , quæ tam mul-
„ tis verbis d̄ Catis Tacitus eloquutus est ,
„ ut non minus animosos , & audentes Ca-
tos

de Catalonia li . r . 21
tos , quā Gatos fuisse intelligamus . Qua-
re non parum verisimile fuerit Catos cū
Sueuis habitantes , quādo simul Sueuos
cum Alanis contigit coniungi , commi-
scerique , sic virtute animi potuisse excel-
lere , ut ab hijs solis , & Alanis dicti puten-
tur nostri maiores Catalani , non autem
Sueu Alanis . Aut quod nominis composi-
tio non adeo , atq; Catorum & Alanorū
illis placeret : aut quod ex illa Sueorum
aliorumq; populorum coniuncta in v-
num populum multitudine , nomine so-
lorum Sueorum apud Blondum , alios
que autores nobis designata , primi Ca-
ticum Alanis per mutua connubia coa-
lescentes in vnam gentem , cæteros in eā
dem nomenclaturam perduxerunt .

C A P V T . 6.



ED quoniam non verisimile
propterea duximas Laurentij
Vallæ sententiam , nec Blondi
doctorumq; pene vitoru om-
nium

Francisci Calça

nium, quod nomen hoc nostrum reces-
ad modum sit, & si a Gotis & Alanis coa-
luisse, vel si ab oppido vetusto Catalo-
ne deriuaretur, necesse erat iam tum ve-
nisse in ora, atque scripturas plurimorum,
cum ante aduentum Saracenorū Go-
ti cum suis Alanis Hispanias vniuerias
maxima in pace obtinebant: quis nō di-
xerit nos cū nostris Catis, & Alanis hinc
debere facessere? Cur minus laborare in
hac interpretatione nominis existimabi-
mur, quam in illis, si nō antiqua causa po-
test adferri ad recentis nominis forma-
tionem? Certè si non potest a Gotis & A-
lanis deriuatum dici Catalanorum no-
men, eo quo i nuspici legantur Gotola-
ni, aut Catalani in libris ante comitū Bar-
cinonensium acceptum dominatū scri-
ptis: poterit itidē pernegari, cum par sit
ratio, Catalanos ex Alanis & Catis fuis-
se denominatos. Sit quantumcunq; io-
liers, quantumcumq; peracuta, & quam
accommodatissima hæc nostri nominis
interpretatio, in qua nulla fiat litterarū
mutilatio, nulla corruptio dictionis, con-
ueniant

de Catalonia. lib. I. 22
ueniat præterea partes nominis integræ
ipsi integro nomini quam optime ita vt
mihil supra: fieri tamen nihilo magis de-
bet verisimile, vt Catalani dicamur ex
Catis & Alanis, si cum illi coalescere cœ-
perunt, non iā vocari cœperint Catalani.
Cur enim ante Vuifredum comitē, cui
Guifrepelos nos factū fuisse nomen de-
cantamus: nati ex Alanis, & Catis nuspiā
in proborū auctore libris antiquis di-
cti reperimus Catalani? Certe, si rem vo-
lumus penitus introspicere, si Goti & A-
lanii eramus, vel Cati & Alani, Cati, it-
quam, inter Sueuos Alanis coniunctos
vivētes, cū aduenire saraceni, cur antea
nomen Catalanorū non habuimus? Cur
post illos expulso, atque e domino huius
prouincię deturbatos Catalani vocari cę-
pimus? Etenim ante aduentū Saracenorū
eam oportuit fieri, quæ traditur a Blon-
do, Gotorum cum Alanis cœmissionē.
Nam post Saracenos hanc regionem oc-
cupantes qui potuit eiusmodi fieri cœm-
misiō? Quam si tum volumus factā fuis-
se fateri, & Cati, vel Goti cū Alanis iā ante
Sara

Saracenorum aduentum commissisti nō
men hoc nobis reliquerunt: quærimus,
cum aduentantibus saracenis perierint
ex nostris præstantissimi quiq; præliates,
& si qui eorum potuerunt iterum euade-
re furorem, sese montes in Pyrenæos il-
li quidem receperunt, aut in Aquitaniā,
aut Narbonealem in Galliam, reliqua ve-
ro plebs imbellis pugnans in seruitutem
saracenorum ipsorum venit. post deui-
ctos autem, & hinc expulsos saracenos:
quærimus inquam, an nomen nobis Ca-
talani fecerint mortui olim Cati, vel
Goti & Alani, an plebs Hispanorū, quæ
seruebat saracenis, an illi Hispani, qui se
se montes in Pyreneos receperūt, an ve-
ro aliqui alij, qui bellum cum saracenis
ipsis gerentes tandem huius nostræ re-
gionis liberatores extiterūt? Et vero eos,
qui iam mortem obierant ante nostræ
Hispaniæ excidium, quis dicet nōmen de-
disse nobis, vt Catalani nominemur? Nō
enim Catalanos ante saracenorū in His-
paniam ingressum ullos dictos fuisse
quam hac in regione legimus. Quamob-
rem

de Catalonia lib. i. 23
rem post expulsos hostes nostræ religio-
nis Mauros, cur inde adducemur, vt exi-
stimamus a Gotis, vel Catis & Alanis
coalescentibus aliquando in Hispania in-
vnam gentem nos dictos Catalanos? Nā
cum prius nūspiam legamur nos fuisse
dicti Catalani post hostes hosce deui-
ctos: cur hoc nomen potius, quam aliud
nobis visum fuit fuisse imponendum? Et
enim, si non fuerat antea nobis id nōmen
vīū cōuenire, post Saracenos hinc pro-
fligatos, quinam potuerunt esse, qui no-
stri nominis sint existimandi fuisse inuen-
teres? nō certe Hispani illi, qui saracenis
seruebant. Etenim illi ipsi nostris libera-
toribus eandem seruitutē ser-
uinisse. Non etiam id nomen peperere
nobis Hispani, qui sese in Pyrenæum sal-
tum receperant, clapsi nimirum ex sara-
cenorum ingruentium conflicitibus. Nā
cum non admodum multi illi fuerint, io-
li non potuere liberatores esse, & huius
nominis inductores. Et si soli illi videtur
potuisse esse, causa nulla est cur, cum an-
tea Catalanii, vel Gotolani nūquam fue-
rimus

rimus dicti post liberatam hanc regionem nos dictos voluerint esse Catalani. Iam igitur si neq; Goti vel Cati, & Alani, qui priores Saracenis hanc obtinebant regionem, nobis hoc nomen reliquerunt, non plebs ipsa Saracenis primo deinceps etiam & ipsius liberatoribus seruiens, nō illi Hispani, quos legimus fuisse nonnullos, qui saltū Pyreneū pro muro contra Saracenos occuparūt: super est, vt aliunde nomen Catelani duduū fuisse autememus. Quamobrem ali quibus doctis viris a Castellis innumeris in hac regione extactis dicti primū Castellani post Catelani duabus litteris signata, & läbda ex pūctis fuisse videmur. Alijs vero a Castulone oppido alijs autem ab oppido Castellione denominati credimus fuisse Catelani. Quamobrem mirandum non videtur, cur in multorum doctorum virorum scriptis non Catalani sed Catelani scribamur. Verum enim uero si post acceptam introduci comitatum recentiorum, ac Barchinonensium dominationem factum nobis id nomine fuit

fuit quemadmodum faētum fuisse rerū gestatum demonstrant monumenta: vt pote in quibus non deprehendimus vocati Catalani, multo q; min⁹ Catelani ante comitis Vuifredi cognomento Villo si principatum: quærenda videtur nihilo minus causa, cur ex illius comitis tempore, aut a Castellis tam multis huius regionis, aut ab oppido Castulone vel Castellione Catalani, vel Catelani simus appellati. Non enim comes hic Vuifredus cognomento Villofus, non enim patens huius Vuifredus idem cum filio nomine habens Castulonis aut Castellionis dominus factus fuit, sed Barcineris urbis: cum aliqui Castellionis oppidi (si vllū tum erat in hac nostra præuincia oppidum Castellio) deminus Emergandus quidam comes Emporiatum deprehendatur eisdem illis temporibus existisse. Porro Castulō oppidū Betice, non autē Tarragonensis Hispaniæ urbs fuit. Quā obre nec a Castulone, nec a Castellione oppidis denominari potuimus Catelani aut Catalani. A castellis autē illis quā frequētib;, vt Iola nra regio plura habuisse

videatur, quam vniuersa ipsa reliqua Hispania (Quæ Castella Titus Livius com memorat propter latronum multitudinem quam plurima iam tuma fuisse extorta, cum Romani cum Annibalis du cibus bellum gerebant) quicunq; volet afferere, debet ille rationem reddere, cur regio hæc Castella, seu, vt nūc loquimur Castilla non fuerit quoq; denominata: sed Catalonia. Etenim si regnum Castellæ, & castellani a Castellis hoc nomē sunt consequenti: Nos quoque, si nomen id sumus nostris a Castellis adepti, Catelani quidem dicti videri possumus. Sed regio cur nō est denominata Castella, vel saltem Catelania? Præterea nostri primi comites, quorum temporiibus hoc nomen audiri cæptum est, quid causæ habuere, ut habitatores Hispaniæ nominatos antea Gotos, aut Visigotos, necnon & Hispanos a Castellis, Castellanos, seu Citelanos dicēdos deinceps iudicarint? Præsertim cum ex illis Castellis pleraq; in potestate adhuc essent Saracenorum. Etenim nostræ regionis maxima pars, hoc

de Catalonia lib. i. 25
hoc est tota noua Catalonia longo tem pore Saracenorum esse perseverauerit, postea quam maiores nostri appellati fuere Catalani. Ex decem enim comitibus, quorum primus fuit Vulfredus Villosus, postremus omnium Ray mundus Berengarius princeps Aragonū, nec non & Dertusæ, Ilerdæq; Marchio cognominatus; nouæ Cataloniae fuisse traditur expugnator. Quare causa nulla videtur extitisse, cur a Castellis nostri maiores se se voluerint Catalanos nominari. Etenim apud nos qui denominantur a Castellis Castellani quidem dicuntur in initio, deinceps vero Castellani, & tandem Carlani, minime vero Catelani. Quā obrem, hæc cum ita se se habeant, eo videremur adduci, ut valde incertum, valde q; incognitum esse putemus nostri nominis interpretamētum. Nos enim plateruditis viris, quæ de Augerio Catalonia vulgo circumferrut apud nos histria. Neq; vero satis probari potuit altera Laurentij Vallæ sententia oppidum per antiquum Catalonem, & populos Cata

Ionios ex Plutarcho adducēs. Tertia ve
ro magis his verisimilis apparet opinio
claudicare etiam est deprehensa, nimis
rum quæ de Gotis seu Catis & Alanis ex
cogitata fuit peracuta illa quidē opinio:
non etiam a Castellis videmur potuisse
denominari Castellani, ac deinceps Cate
lani, quin nec ab illis, quos tradit Ptole
mœus in hac nostra regione, Castellanis,
quos interpres Ptolemai putateos es
se populos, qui nunc sunt apud nos ho
minaes ducatus Cardonæ: nō etiam a Ca
stulone oppido vetustissimo, non a Ca
stellione recenti verbo quispiam modo
mēte constet nos dixerit ductos esse Ca
talanos. Sed age an nō videri poterimus
a Lelætanis, aut vt scribunt alijs Laletanis
appellati, mutatis nonnullis litteris Cate
lani? minime gentium, vt ex hijs, quæ di
centur posterius, fieri manifestum. Quā
obrem videtur superesse, vt quoniā his
non successit vijs, alia agrediamur necel
sanum sit via aliqua. Non enim temere,
non sine causa aliqua dictos nos Catala
nos arbitrabimur, regionemq; nostram

nunc

nuncupatam Catalonia. Subitq; illud
in mentem, vt anno te mūs, si Catalani di
cimur, cur nō regio dicta est Catalonia?
tum si regio Catalonia dicitur, nos cū
non appellamur Catalones, aut Catalo
ni, aut Cataloni, sed perpetuo, ex quo re
gio dicta est Catalonia, vocati nos su
mus Catalani? Num ideo id euenire cre
demus quoniam regioni nostræ nomē
positum est vnam ob causam, nobis ve
ro populisq; nostris nomen inditum est
ob causam longe aliam? Res si profectò
solerti ratione perquiritur, nō exiguum
videbitur in se continere difficultatē. Ve
rum quoniam partes nostræ nunc esse vi
dentur, omnē vt lapidē moueamus, cun
cta peruestigemus, demusq; operam, vt
neruos omnes intendamus, non nihil ve
terisimile adducatur, quo possit rāta quę
stio, rerumq; ignorata veritas fieri paulò
manifestior: in medium proferre haud
quaquā verebimur id, quod diu multūq;
nobis cogitatib⁹ tandem occurserit. Illud
vero si diuinationis potius nomine quā
sollicitis in uestigationis veritatis dignum

D 2 videri

videri debet: erit illud sat scio nō parum efficax, & accommodatum ad permouēdos saltem virorum doctorum animos ad veriora conquirenda, & demonstranda. Quamobrem non poenitebit nos huius laboris, nec pudebit, si minus vera vi debimur attulisse, tamen præter alios omnes aliqua animaduertisse, per quæ possumus ad veritatem proprius peruenire. Non enim facile patere veritas huius rei potest, neq; deprehendi aditus ad ipsam veritatem eruendam: sed palpantiū more in tenebris, si quo modo repertire vestigia veri quæpiam possimus, exponemus nonnulla, quæ maxime omnium videri possunt in tanta rerum caligine probabilia.

C A P V T . 7 .



Voniam autem consensus totius nostræ gentis, cum præstis, tum verò superiorum statutum ad Augerium Catalonē rem

rem aduocat, doctorum autem hominū sententia, non aliquorum, sed fere omnium prorsus rem ipsam vult ad Gotos, seu Catos, & Alanos pertinere: fieri quidem videtur, vt in cōtrouersiam veniat, fides ne sit habenda potius constanti famæ nostratium, quam hominum eruditorum opinioni, ac sententiaz. Nostros haud quidem negare possum parum prolioris litteraturæ studiosos fuisse, magisq; armis deditos, ac Martis cultores extitisse quam litteris, Palladiue operam dedisse. Verum enim uero nihil magis propterea vincere debet doctorum hominum opinio, quam nostrorum tametsi in eruditorum virorum historia. Ut enim vetus est apud Hispanos omnes verbum, plus sapit stultus domi suæ, quam sapiēs alienæ. Etenim multo certius posse sunt constare res nō stræ hominibus nostris nullas res scriptas a maioribus suis primis habētibus, sed per manus traditas qualdam opiniones, & historias, quam externis populis inscijs nostratum rerū. Quod si coniecuris, atq; argumentis cōtendant

Francisci Calça

tendant dandum esse locum, quibus demonstrare possumus a Getis, & Alanis nos dictos Catalanos: non deerunt, qui contradicant, & assertant plus fidei mereti constantem famam, nostratum hominū, quā verisimilia doctorum virorum argumēta. Quamobrem cum eo adducti esse videamus, ut deliberare nos oporteat, utrū vtri sit præferendum, consensusne virorum eruditorum, an auctoritas gentis totius nostræ: ne cum eruditis stans gentem meam deseram, neue cum mea gente parum sapere videri vitis eruditis possim: elegi per viam quādam medium incedere, ut dicam & gentem nostram, & doctos omnes a vero non omnino procul esse. Nam & a Gotis seu Catis, & Alanis deductum nomen esse potest Catalanorum, & nos ab Augerio illo Cataloniae dicti videri possumus Catalani. Diu immortales, quid hoc sibi vult monstrari? Quinam fieri potest, ut vera dicant non minus nostri maiores, & vniuersa gens nostra, quā eruditorum scriptorū, hominumq; omnīū eruditorum cōsen-
sus?

de Catalonia. lib. I.

28

fus? Rē ipsam quæso putemus. Nō est enim de nihilo nostros homines, non dico præsentes hosce, nec præsentiū parentes, sed maiores illos, & antiquiores, qui proximi fuere primis patriæ nostræ libertatoribus, non inquam est de nihilo Augeri Cataloniae historia illos iā cum suis decantasse libertis, indeq; illā omnem ad posteritatem fuisse propagatā. fuisse nāq; credēdus est, ut res ipsa videtur loqui, fuisse credendus est aliquis, siue Augeri⁹, siue Rogerius, siue Otgerius, aut Othogerius, siue alio nomine vocatus dux hominum eorum, qui primi regionem ab Afris, fideiq; hostibus occupatā ad Christianos reuocare statuerunt, & contendere rūt. Coloni vero qui huc transmigrarūt, atq; hic habitare studuerunt, non franci, non Itali, non germani fuisse sunt existimandi. Exercitus namq; Caroli Martelli, Pipini, Caroli Magni, regumq; Francorum aliorum ex hominibus cōstituisse deprehenditur, qui finitis bellis soliti erāt se se cum suis ducibus in Franciam, hoc est in Galliam Celtaicā, ac Belgicā, atq; adeo

Francisci Calça

in Germaniam recipere. Non enim Barcinonem receptam a Gámoro rege Saraceno Lodouicus Caroli magni filius suo exercitui habitandā, custodiēdāmūc reliquit, sed Barae cuidā, seu, ut alij eum nominant, Berę comiti facto, Gotisq; custodibus illam traditūc dedisse incolendam. Quod quidem ex historia regū frācorum, quæ Annopiana dicitur, vt extera taceam, facile est cuiuis deprehēdere. Vnde vero hic Bara, seu Bera prodīsse est existimandus? Vnde hi Goti, quibus custodia vrbis Barcinonis cōmissa fuit? Ex Pyrenæis nimirum montibus, ex Gallia Narbonensi, ex Aquitania. Etenim Hispani, qui Saracenis seruiebant, seruire ad eundem modum ijsdem custodibus fuerunt coacti. Quamobrem nō est cur ex ipsis seruientibus Hispanis quispiam contendat positas vrbis Barcinoni fuisse custodias. Neque tamen negauersim ex illis ipsis Hispanis seruientibus quā plurimos adēc ingenio, prudentiaq; valuisse, vt eo tēpore, quo rex Ludouicus urbem Barcinonem cripuit ē potestate Saraceno

de Catalonia. li. i.

29

Saracenorum, ipsi inter custodias vrbis prēcipuas constituerentur. Verum enim uero Goti, quibus tradita vrbis Barcino tum fuisse dicitur, non alij videntur intelligendi, quam qui monte in Pyrenēo in Gallia Narbonensi, atq; in Aquitania superstites erant, progenies videlicet eorum, qui fugientes arma Caroli Martelli Barcinonensem fideli sese, quemadmodum Blondus cum alijs quam plurimi narrat, olim commiserunt, compositiq; deinde in Gallia rebus in Aquitaniā in Galliamq; Narbonensem patriam suā redierant, quam & septimaniam, & Gotiam cōperimus in libris historiarum Gallicarum fuisse nominatam. Verum enim uero non credibile iliuad fuerit adductos fuisse omnes Gotos, quotquot in Aquitania, vel Narbonensi Gallia, tum erāt, vt suis relictis patrijs sedibus in hāc nostram regionem vniuersi transmigrarent. Colonias igitur aliquas nonnullas que eorum Gotorum venisse in hanc regionem incolendam verisimile fuerit. Quare nomen nostrum (quod non vide

tut

Francisci Calça

tur esse antiquum, neq; ab his, qui ante Saracenos Hispaniam occupantes fluerunt, nobis relictum: sed ab ipsis liberatoribus huius regionis introiectum) perquirendum videtur, quorum populum Gallie nomini maxime videatur cōgruere, & simile esse. Sic enim nobis facile poterit contingere, vt qui fuerint primi nostri maiores possimus aliqua ratione subodorari. Et vero in Aquitania nō procula Tolosatibus oppidum quoddā, seu municipium extitisse fertur nomine Catalaunum: iuxta quod planicies quædam sita nomen fertur accepisse, & eam planitiem campos Catalaunicos appellata m fuisse aiunt. Nomen autem huiusmodi, quod oppido illi inditum fuisse legimus, a Catis seu Gotis, & Alanis verisimile quam maxime fuerit fuisse deriuatum. Etenim demonstrabimus in Aquitania olim habitasse Gotos, habitasse Alanos & Sueos, ac proinde Gatos gētem cum Sueis coniuncti. Ex populis porto hisce Catalaunis profectos fuisse colonos in hac nostrā regionē maiores nī

mitrum

de Catalonia. lib. i.

30

mirū illos nostros, multa sunt illa quidē, si modo velimus mētes ab his nō omni no nostras abducere, quæ possint liquido demonstrati. Illa vero cōmodiore loco posterius a nobis sunt his adiicienda. Nūc autē illud videtur potius spe standū quāna fuerit horū dux colonorum. Nostrā quidē historiæ ducē fuisse cōmemorant Augeriū quendā Gotlantē Catalonem, atq; aliqui Rogerium cum vocāt, pleriq; vero nostrum malunt eū Otgerū seu Othogerū nominare. Hūc autē Germanum fuisse aiūt, & Catalonia quidē cognominatū ab oppido cui prēgerat Catalone. Nos vero hoc oppidū, seu municipiū non Catalonia vocatū contēdimus fuisse, sed Catalonia, & ipsum ducē Augeriū nō Catalonē, sed Catalonia esse iudicamus appellandū. Verum enim uero cū vulgaris noster sermo ex Catalonia faciat Catalo: ex eo eueniſſe cōtēdimus, vt Augerius ipse Catalonia Otger catalosit nra vulgari, seu vernacula lingua vocatus. Et oppidū Catalonia, cui ille Augerius prēgerat, lo castell Catalo sit a n̄is homini

hominibus appellatum. Hæc autem cū ita se habeant, facile est videre, atq; cognoscere quamobrem nostræ historiæ tradant Catalanos ex Aquitania hanc in regionem transmigrasse, & cum duce venisse Augerio Gotlæte Catalone cognominato. Catalani porro illi Catalauni quidem tum vocabantur, ex oppido nimirū Catalauno, & campis Catalaunicis huc ad nos aduenientes. Nomen autem huius oppidi, seu municipij quam habere possit ætymologiam facile est demonstrare. A Catis enim & Alanis formari potuit quam commodissime. Quod si maius a Gotis & Alanais, esto, Gotalanū fuit dictum ab initio: deinde vero Catalanum seu Catalaunum. Hoc enim certò constat ex Antiquorum auctoriū scriptis oppidum hoc Catalaunum fuisse vocatum. Hoc verò facile est coniçere ex Catalano, seu Gotalano gentis illius male pronunciantis vitio factum Catalaunum. Vnde campi propinquie ei oppido sint etiam Catalaunici appellati. Quamobrem populi illi Aquitaniæ cum Auge-

rio illo duce transmigrates nostrā in hæc regionē in causa fuerūt, vt nos Catalani dicamur, non quidē ab Augerio Catalogo ne, sed a municipiū illitis nomine, & a cāpis Catalaunicis id nominis consequuti. Oppidum autem illud, camposq; a Catis, & Alanis tulisse olim nomen posterius notū faciemus. Quamobrem nos a Gotis seu Catis & Alanis Catalanos fuisse denominatos, dici vere quidem poterit. Dici etiam poterit vere ab illo duce Augerio Gotlante, qui nostros maiores ab Aquitania huc traduxit, nomen hoc nos fuisse consequitos. Etenim si dux ille huc non duxisset Catalaunos: hæc Hispaniæ pars nunquam vocata fuisse Catalonia, neq; nos id nominis quod habemus haberemus. Ex eo vero quod Augerius ille ab Aquitania maiores nostros Catalanos huc traduxit, regio hæc nostra nomen accepit quod nunc habet, & nos a Catalaunis facti sumus Catalani. Et quia Catalauni illi ex Gotis seu Catis & Alanis Catalauni facti fuerāt: nos quoque a Gotis seu Catis & Alanis dici possumus

sumus fuisse denominati. Catalones vero haud quaquam dici potuimus. Etenim a Catalanis non potuimus commode Catalones denominari, sed Catalani una littera, v, deposita. Regio vero a Catalaunis dicta fuit Catalonia, & cum diphongus, au, verti debeantur, o, ex Catalonia facta est Catalonia. Quare ex Catalauno oppido Aquitaniæ, atq; etiam a campis illis Catalaunicis maiores nostri vocati Catalonia cum suo duce Augerio Gotlæte Catalauno, hoc est duce Catalonia, & oppidi Catalonia præfecto, ac gubernatore dedere nomen hoc nobis, vt dicamur Catalani, & regioni, vt Catalonia sit appellata, minime vero Catalonia. Non iam ex Catalonia non potuimus fieri, nisi Cataloni, vel Catalani, Et quia male sonabat Catalonia nomen, remansit altera pronunciatio Catalonia: Ex Catalonia verò commode visa est cadere, au, in, o, mutata diphongo Catalonia. Hæc autem cum maximopere congruere videatur horum duorum nostrorum nominum interpretationi,

solum

solumque supersit, vt vel testimonij aliquibus, vel argumentis non omnino aspernendis confirmetur: operæ pretium esse video, vt hæc eadem oratione fusione, ac probabiliore reperamus.

C A P V T . 8 .

NO sum nescius nihil aliud ad nostram hanc nouam Historiæ, interpretationemq; nominum desiderari posse viris ab omnibus doctrina præditis, quam vt auctores aliquot probatæ fidei in medium profaram, qui dicat ab Aquitania transmigrasse in hanc nostram regionem coloniam aliquam populorum Catalonia, eorumq; qui in eäpis inhabitabat Catalonia. Verum enim uero cum id mihi non sit integrum præstare: tamen quid legerim, quidue deprehederim, vnde potuerim adduci, vt id crediderim faciā oratio nec sequenti manifestū. Primū oppidū p nobile nřs etiā tēporib. extare belgica in

Gallia

Francisci Calça

Gallia videmus, quod Catalaunum vulgo, sed a doctis Catalanum appellatur. Huius porto episcopus dictus Catalaunensis, unus est ex duodecim illis quos pares Franciae appellant. Et vero praeter hoc oppidum illud fuisse olim traditur iuxta Tolosam urbem, & campos illos Catalaunicos celebres, ut ex historicis graphis plerique, & magis verisimilia narrantes demonstrant, ob victoriam, quam Goti, franci, cum duce Romanorum Elio de Hunnis, & rege illorum Athila reportarunt. Et horum quidem duorum oppidorum vtrum vtro prius conditum fuerit, & vtrum vtrius extiterit colonia: non remur huius esse loci disquisire, contenti demostrasse Catalaunos in Gallia fuisse, atque etiam nostra hac tempestate extare. Ex ipsis autem Catalaunis populis colonos venisse olim nostram in hac regionem tradit ex nostris scriptoribus Petrus Tomicus, qui narrat ex Gallia Aquitania venisse cum Augerio duce plura quam viginti quinq; milia Romanorum. Et Catalanos ille quidem eos appellat, non Catalaunos

de Catalonia. lib. I.

33

Iaunos, sicuti ducem Augerium principem nominat Otgerum Catalonem ab oppido, ut hi dicunt, Catalone, cui praeerat nomen habentem. Neque id mirum: quoniam scribens lingua nostra vernacula populos illos ita appellauit, ut nostra vulgaris lingua erant appellandi. Sed praeter hunc auctorem id ipsum constans fama gentis nostrae refert, ea scilicet, quae de Augerio Gotlante Catalauno, seu Catalone crederetur. Praeter hos autem Catalaunos, qui venisse huc traduntur cum illo duce Augerio, scribunt complures docti viri, Blodus nimirum, Nauclerus, M. Antonius Sabellicus, quin & historia illa Annoniana Ayzonem nobilissimum quendam visigotum, quem Aydonem aliqui, alii vero Naydonem vocant, praefectum Aquitaniae, cum aliqua manu illorum quibus praeerat, ac quibus suadere potuit, ut ad suos cognatos in Hispaniam transmigrarent, venisse olim ex Aquitania in hanc partem Hispaniae, urbemque dolo capisse Ausonensem, multaque huic oppido castella proxima eaque, quam munitissima,

E

regio

regionemq; hanc omnem regi Ludouico Caroli Magni filio eripere conatum: nisi per Bernardum Barcinonis tū comitem fidum regi Ludouico , præstantissimumq; ducem conatibus illius itū fuisse obuiam. Et vero tametsi fuerint irriti conatus Ayzonis, illumq; male perire oportuerit: colonos tamen illos, qui cum Ayzone ab Aquitania huc venerant, nihil oportuit hinc remigrare in Galliam. Etenim reliquo malo duce potuere cum suis cognatis Catalaunis, qui cum Angerio huc prius aduenierat, in fide regis Ludouici perseuerare. Hæc autem cum ita se habeant, nec parui momenti haberet debeat famæ tam antiquæ testimonium: non videtur esse cur vereri debeamus asserere nostros maiores è Gallia venisse appellatos Catalaunos, a quibus regiodi cta sit Catalaunia, & nos Catalani, & ex Catalaunia sit facta dictio Catalonia. Alioqui si Catilani dicimur, undeunque nobis id obtigerit nomen, cùr regio non debuit nominari Catálania? Ac rursus si

Catalonia dicta est regio, cur nos Catalanes, aut Catalonij non sumus vñquā vñpiam appellati? Non aliam sane ob causam, quam quod ex Catalaunis, vocali dempta, quæ fuerat prius vitio gentis Aquitanicæ adiecta, cum a Catis, & Alanis oppidum fuit denominatum Catalaunum nos dicti fuimus Catalani. Ad eundemque modum ex Catalaunis nomine factum fuit nomen Cataloniae. Sic enim a Mauro deductum est nomen apud nos Moro, & a sancto Paulo, sanct Pol, & a caule, Col, & ab Augerio, Oger, & a causa, Coia, & ab auro, Or, atque a gaudio, Goig, & a pauco, Poc, & huiusmodi sunt sexcenta alia. Est enim naturale nobis Hispanis itidem, atque Gallis, necnon & Italies vt, au, in, o, vertatur: peculiare vero nobis est Catalanis, vt, o, in, v, commutemus. Quamobrem ex Catalonia, quæ a Gallis, & Italies dicta est Catalogna, a nobis est facta, Catalunya, vel Catalugna, sic ex Bolonia, & Bologna, Bolugna vel, Bolunya, ex Scalonia &

Scalogna Scalugna vel Scalunya. Quare cum hæc ita se se habeant, nobis nunc superesse videtur, ut quænam sint vterius animaduertenda, & adnotanda exponamus. Et verò hoc loco nobis illud videatur ostendendum, non cum Gotis hac in nostra parte Hispaniæ Alanos olim cohabitasse, falso sumq; in ea re fuisse Blodum, sed in ipsa potius, de qua sæpe loquuti fuimus, Aquitania. Quod quidem ubi fuerit demonstratum, liquidò constabit illud aliud Gotalanos, quos docti viri nostram gentem, nostrosq; maiores fuisse contendunt, Catalunos potius Aquitaniam extitisse, quam Gotos vlos, & Alanos hoc nostra in regione coalescentes. Illi verò ducem habentes primū Augerium Gotlantem Municipio Cataluno præfectum a Carolo Martello, deinde autem tempore Ludouici regis Francorum ducem habentes alterum Ayzonem Visigotum: videri poterunt nostri maiores profecti fuisse ex Aquitania, atq; ex ea parte, ubi Catalatini habitabāt, huc transmigrasse. Hoc autē, ut constare manifestius

nifestius possit, demonstrare & illud conuenit iuxta Tolosatum urbem municipium quoddam fuisse Catorum & Alanorum, quod Catalaunum credi debeat fuisse vocatum. Id verò fieri potuisse ex eo constare potest, quod Goti non sola in Hispania dominabantur, atq; viuebāt, sed & in vniuersa Aquitania. Quam obrem Alani, Suevi, & Cati permitti vivere inter Gotos, ut Blodus, alijq; Historiographi tradidint, nō in parte aliqua Hispaniæ, sed in Aquitania cohabituisse censes illi quidem erunt. Ex qua re fieri videbitur & illud quodammodo conspicuum, si Goti post Romanam urbem directam, Aquitaniam prius occupatam obtinuere, ac deinde se se per vniuersam extenderent Hispaniam; cohabitantes verò Goti, vel Cati cum Alanis vel in Hispania, vel in Aquitania gentem produxerent Catalonia, & quæ oppidum seu municipium habebat Catalonia: fieri in quam id videbitur conspicuum, Catalonia oppidum Galliæ Belgiaæ coloniam esse putandam, alterorum nempe Aquitanorum

Francisci Calça

tanorum Catalaunorum. Etenim vnde nam aliunde prodijisse censendi sunt hi, qui in Gallia Belgia superstites ad huc sunt populi Catalaunenses, ac Catalauni vocati? Verum enim uero id cum dicere facile non sit, vndenam scilicet prodierint, qui sunt in Gallia Belgia Catalauneses: non desunt, qui negent in Aquitania Catalaunum oppidum villum extitisse, populoque viros vocatos Catalaunos. Etenim si in Aquitania Catalaunum oppidum villum vñquam fuit, debent nūc videri vspiam illius oppidi ruinæ, debet aliquis fide dignus adferri auctor, qui huius oppidi alicubi meminerit, dēbet planicies illa camporum Catalaunorū iuxta Tolosates hac etiam nostra tempestate apparere. Sed neque sunt iuxta Tolosam villi campi Catalaunici, neque vestigia villa Catalauni antiqui illius, vt aliqui contendunt, apparent oppidi, neq; mortuum illic viuentium villi notitiam Catalaunorum habent populeum. Catos ergo vel Gotos, & Alanos coaliuisse in Aquitania nequaquam potest pro verisimili

de Catalonia li. i. 36
mili, vt non nulli volunt, haberī. Testimonijs igitur cuiusdam scriptotis Græci Agathij, Rafaelis etiam Volaterrani, aliorumq; quam plurimorum, victoriā Hunnorū illam tam celebrem negant permulti partam fuisse a Gotis, francis, ac Romanis in Catalaunicis cāpis iuxta Tolosam sitis, sed iuxta Rhemenses populos Belgij Gallij, iuxta oppidum Troiam sitū in campania. At verò Catalauneses illi Gallij Belgij, & populi Catalaunicorum illorū camporum quando diccatur venisse, aut quam ob causam, ad hanc nostrā regionem incolendam? Hęc igitur cum ita se habeant, non ab alijs videbūtur nostri illi maiores dicti Catalauni, quā a coalescētibus in Hispania, Gotis & Alanis. Quod quidem si verum est, frustra sumpta est omnis nostra opera. Quamobrem ne verberare aērem vel le videar, actumq; prorsus agere, de municipio, vel oppido Catorum, & Alanorū iuxta Tolosates olim sito, deq; Catalaunicis ipsis cāpis, opere p̄iū erit primū oī hoc loco disputatione interponere.

C A P V T . 9.

ET Catalaunum quidem oppidum, vel castrum si quis perquirat hoc tempore in Aquitania: haud facile fuerit vestigia villa, aut notitiam illius comperire. Quod que magis nostram disputationem difficilem reddit, si quis volet ex antiquis scriptoribus, nedum ex recentioribus deprehendere, ubi fuerit id oppidum: operam iudet procul. Nihil enim iuxta Tolosates huiusmodi facile erit reperire. De capitis autem Catalaunicis apud dictos viros cum presentes, tum antiquos quam frequentissima est illa quidem mentio, sed admodum varia. Etenim alij eapostos Catalaunicos iuxta Tolosates in Aquitania constituunt, alij vero in Gallia Belgia iuxta Rhemenses. Quod si campi querantur nunc aliqui iuxta Tolosam: non repertientur illi: c' vlli admodum spatiose quoquouersum te conuertas: campos autem illos Catalaunicos tradunt Galli scripto-

de Catalonia. lib. I. 37
res esse quam longissimos latissimosq; nihilominus tamen locus extat, Les Catalenchs nomen iuxta Tolosates habēs. Quamobrem perdifficile fuit in tanta rerum obscuritate veritatem ipsam in lucem eruere. Verum enim uero sint hæc de Catalauno oppido, deq; Catalannicis campis incerta quantumcunq;: quoniam tamen illud exploratissimum est in Gallia Catalaunū aliquod oppidum fuisse, atq; etiam nostra ætate esse, camposque Catalaunicos: nostros maiores, quorum gratia nos Catalani dicimur, neq; id valde pridem, sed post recuperationem regionis venisse ex Gallia videtur esse quā maxime vetissime. Item & illud Gotos, seu Catos & Alanos nō in Hispania, sed in Gallia in unam gentem Catalanā coaliisse. Nam cum ante aduentum Saracenorū in Hispaniam, nulla pars Iberiæ Catalanos habuisse competratur, Catalauni vero, ac Catalani in Gallia fuisse legantur iam multò ante illum Saracenorum aduentum, si ex Gotis vel Catis, & Alanis dicti sunt Catalani: quis erit tam paucum

parū prudēs, vt illā nominis Catalanoꝝ
ꝝtymologiam non ad Gallos sed ad Go-
tos & Alanos Hispanienses cōtendat es-
se referendum. Hoc autē si nobis liben-
ter concederetur, nō erat causa vlla, cur
diutius in hac disputatione nos immora-
ri sit necesse. Sed quoniam facile id dan-
dum haud quaquam remur: propterea
necessarium est, vt de oppido Catalauno
Aquitaniæ prolixius disputemus. Hoc e-
nim oppidum si constare potuerit exti-
tisse oīm in Aquitania, maximū momē-
tum nobis est allaturum ad demonstran-
dū a Catalaunis Aquitaniæ populis nos
fuisse nuncupatos Catalanos. Quoniam
igitur ex eo probat Blondus ex Gotis, &
Alanis coalescentibus in vnam gentem
oīm factos nostros maiores in hac ipsa
nostra regione Catalanos, quoniam Ala-
ni ex Lusitania descendentes sese fidei
Gotorum tradiderunt, Goti verò ne vn-
quam rebellare illi possent, in medio cō-
sidere Alanos iussérūt, hoc est in hac no-
stra regione, quæ media erat inter Aqui-
taniam & Gotis possessam, & ylteriorem

Hispaniam: quoniam igitur, inquam, ex
eo Blondus suam de Gotis & Alanis cō-
firmat opinionem: nullus propterea vi-
deri nobis potest auctor cōmodior, quā
Blondus idem ad demonstrandum oppi-
dum quoddam extitisse iuxta Tolosates
ipſorum Alanorum propè cāpos Cata-
launicos, quod Catalaunum fuisse nūcu-
patum est rationi quam maxime conſen-
taneum. Et verò si propterea iussi fuerūt
a Gotis Alanī confidere in medio, hoc
est in hac citeriore Hispania, ne vñquā
respicerent Alanī ad Vandales gentem
amicam, neue ipſi per se rebellaret: illud
necessario fieri oportuit, vt Alanī cū suo
rege suos p̄agos, suaq; oppida in hac no-
stra habērent Catalonia. Quamobrē in il-
lo valde celebri Hunnorū bello, quan-
do Theodoricus Gotorū rex, Thorismū-
dusq; huius filius vna cum Alanis, Ala-
norū q; rege se cum Meroueo Franco-
rum rege, & Etio Romanorū duce
coniunxit ad pugnam illam quam no-
bilissimam, quam cum Athila rege Hun-
norū in campis Catalaunicis narrātur
depūgnasse

depugnasse: oportuit sane, ut tum Alani
relictis suis vicis, oppidisq; in Hispania ci-
teriore cum rege suo superato saltu Py-
ren eo in Galliam vbi nullos habebant ip-
si vicos, nullumq; oppidum, aduenirēt,
societatemq; belli cum Gōtis habentes
in aliena regione nihil animi haberēt ad
rebellandum aduersus Gotos, cum ipsiſ-
que Hunnis conspirandum. Verū enim
uero res longe aliter sese habuisse tradi-
ta est. Etenim Alani cum rege Hunno-
rum conspirare voluisse dicuntur in illo
prælio, & oppidum quoddam habuisse
tum tēporis iuxta Tolosam urbem rex
ipse Alanorum traditur ab Abladio hi-
storiographo, quemadmodum ex histo-
ria, quam Blondus ipse conscripsit cuiq;
bet facile est cognoscere. Quare Blondi
historiam ipsam audiamus: Post multas,
inquit, commissas minoribus in locis, &
oppidis cum cædes, tum rerū omnium e-
tiam sacrarum direptiones, secunda ad
Aurelianos Athila fecit Castra, sed duxe
rat interea in Vasconia Etius, & Roma-
nas legiones cum Theodorici apud To-
losam

loſam sedentis, Visigotorumq; copijs lo-
ciorum copias summo studio contrahe-
bat. Quod cum intellectisset Athila, pri-
mo quid faceret dubius fui le fertur. Nā
qui semper parui fecisset Visigotos, Ala-
nos, Sarmatas, Saxones ab Hunnis sape
superatos, fugatosq; Gallos item, & Fran-
cos accedentes facile spreuiſſet, nisi sum-
mam Etij virtutem, & rei militaris peri-
tiam sibi cognitam timuisset. Conuertit
ergo animum homo Barbarus ad gētis
stoliditatē, & haruspice accito exta ritu
patrio inspici curauit. Haruspice autem
dubium prælium, ac magnam suorū cæ-
dem portendi renunciante in prælium
exarsit haud quaquam dubius, quin sub
lato, vt significari existimat Etius, si etiā
maiorem sui exercitus partem amisisset
cum reliquijs copiarum, ac supplemetis,
quæ facilimum duceret comparare vr-
bis imperio potiretur. Qua adductus spe
amissa Aurelianorum obsidione in Val-
coniam quoq; duxit. Oppoſiti tales, tati-
que exercitus, quantos in Europam nul-
los vnuquam conuenisse constat: in sub-
iectis

» iectis Tolosæ campis, Catalaunicos tūc
 » vocabant, aciem in hunc modum, prout
 » reffert Abladius, struxere. Athila mulie-
 » rum, puerorumq; turbam inter carros
 » quorum vis maxima eius exercitui ine-
 » rat, ad proximos colles primum se mo-
 » uit, & inde structa apertiis campis acie se-
 » se cum Hunnis medium locauit: Ostro-
 » gotos verò reges Valamitem, Theode-
 » mirem, & Vindemitem sinistro, Ardari-
 » cum Zepidū dextro cornibus præfecit-
 » structuros autem Theodoricum, Etium
 » tardauit comperta Singibaris Alanorū
 » regis perfidia, quem resciuerunt ab Athi-
 » la corruptum constituisse, cum primum
 » pugnam conseri cæptum esset ex corni-
 » bus, in quo rū altero locarise sperauerat,
 » ad hostes transire: & laborantibus in præ-
 » lio Romanis & Visigotis a tergo insta-
 » re. Veriti tamen duces, ne si in perfidum
 » Singibarem acerbius decernerent, Ala-
 » nos pessimo loco, & tempore ab aliena-
 » rent exercitui, dissimularunt. Singibare,
 » q; quid fieret ignorare Municipijs, quod
 » Tolosæ proximū ille obtinebat, portas

ab exteriore parte obice munierunt, &
 stationes, ne Hunni possent ingredi, addi-
 derūt. Ipsum verò regem cum Alanis cu-
 rasunt acie media inter auxilia contine-
 ri. Theodoricus exinde cum Thorismū-
 do filio, & Visigotis, ne Ostrogotis con-
 curreret, sinistrum: Etius cum Romanis,
 & Burgundionibus, ac Meroueo franco
 rum rege dextrum cornu tenuere. Enim
 uero quæ Blodus ex Abladio huius præ-
 lij eximio descriptore nobis hunc in mo-
 dum retulit, aperte monstrant illa quidē,
 Alanos cum suo rege Singibare non in
 colas fuisse tēpore prælij illius nostræ Ca-
 taloniæ, sed sedē suam, & Alanorū sucru
 municipiū obtinuisse iuxta Tolosam, cä-
 posq; illos, quos a Gotis seu Catis, & Al-
 anis diçtos fuisse contendimus Catalau-
 nicos. Id verò Municipium quod aliud
 fuisse credemus, quam oppidum Alano-
 rum illic in Aquitania inter Gotos vi-
 uere permissorum. Nomen autem mu-
 nicipij propterea habuisse apud Abla-
 dium, quoniam vt Romani ius mu-
 nicipij multis vrbibus, oppidisq; dabant;

sic tunc Goti recipientes Alanos suam in fidem oppidum illud sic inhabitandum Alanis tradidetunt, ut municipium esset appellandum, Alaniq; proinde ipsi municipes, & participes iuris Gotorum haberentur. facere vero res huiusmodi potius, quam villa alia potuisse videtur, ut Alanis sic municipes, & participes iuris Goti effecti cum Gotis ipsis coalescentes temporis progressu in Catalanos, ac Catalaunos tandem euaserint. Verum enim uero potuit & illud evenire, ut Cati, qui erat inter Sueuos in illo municipio cum Alanis committi oppido illi nomen pererint Catalauni, ut Catalaunum oppidum sit ex eo nuncupatum. Campi vero, quia propinquui erat dicto oppido Catalauno, Catalaunci propterea sint prudubio vocati. Et plane nomen camporum Catalaunicorum manifestum, notumq; nobis facit iuxta eos campos oppidum aliquod extitisse vocatum Catalaunum, a quo sint campi ipsi denominati Catalaunci. Ex historia porro Abladij, belliq; Hunnorum Alani deprehenduntur

tur iuxta campos illos Catauaunicos municipiū obtinuisse: Cati verò Sueuis commixti cum Alanis creduntur cohabitasse. Nō parum igitur verisimile videri debet ex Catis, & Alanis, aut ex Gotis, & Alanis factos in Aquitania eos, quos maiores nostros, & liberatores huius regionis fuisse contendimus Catalaunos. De Belgico porro Catalauno oppido, quod nostra etiam tempestate extat, ac floret, cū suo nobili episcopo Catalaunensi nō est cur vereri debeam afferre nomen illud Catalauni accepisse a Catalaunis Aquitaniae olim coloniam aliquam in Belgiam mittentibus. Et cum a lōgo iam tempore Catalauno oppido, populisque Catalaunis Aquitania careat, id cur sit factum mirari neminem oportet, cum profecte duæ Coloniæ Catalaunorum ex Aquitania, quarum altera Belgicos fecerit Catalaunos, altera vero ac posterior Hispanos progressu temporis vniuersos ad se ex Aquitania attraxerint Catalaunos. Quod autem ex scriptoribus hi prelium Hunnorum & campos Catalaunicos ad

Francisci Ca'ça

Belgiam Galliam referat, illi vero ad Gal-
liam Aquitaniam: non eit cur magno
pere nos oporteat conturbari. Eu nim-
cum in Aquitania nulli sint a longo iam
tempore visi audiive Catalauni, extent
autem nostra etiam etate eiusmodi pe-
puli in Gallia Belgia: propterea, qui scri-
bunt, facile potuerunt adduci, ut gloriam
illam Hunnici belli ad Catalaunos Gal-
liae Belgicæ malint esse conferendam.

C A P V T . I O .

SErum enim uero cum parum
nostra intersit nota facere, quæ
cettouersa, parumq; certò de-
clarata reperiūtur de bello Hū-
norū, de q; Catalanicis campis, ad Bel-
gium ne pertineant, an vero ad Aquita-
niam: cum magis verisimilia sint, quæ tra-
didi Blondus ex Abladio de Municipio
regis Alanorū iuxta Tolosam sito, quā
quæ dixit idem Blondus de Alanis in ci-
teriore.

de Cata'onia lib. I.

42

teriore Hispania iussis a Gotis confide-
re: lati factū aliqua ex parte muneri sus-
cepito à nobis vide: i poterit, qui demō-
strandum id solum recepimus ex Cata-
launis Aquitanicis maio: ib: nostris nos
Catalanos fuisse cognominatos. Etenim
si verba Blondi, quæ ex Abladio ille reci-
tauit, nostram sententiā comprobant: in
gulatus suo gladio Blondus erit, neq; a-
liorum nobis opus fuerit administriculo au-
ctorū. Quamobrem Biōdum ipsum pro-
teste producētes de mōstrauisse dici pos-
sumus Catalanos dictos fuisse ex Cata-
launis, qui cum Augerio illo Catalauno
ex Aquitania huc transmigrarunt: Cata-
launos rursus ex Gotis seu Catis, & Ala-
nis fuisse nominatos illos quidem, qui e-
rant in Aquitania. Qua ex re & nostræ
gentis vera esse historia demonstratur,
& eruditorum virorum opinio ostendi-
tur nihil cum ea controversiæ habere:
Quamobrem finis ponи posse cōmode
huic suscep̄te a nobis disputationi vide-
ri posset, si eorū soiū habēda eslet ratio
quib: ex probabilitib: argumētis fit fides.

Francisci Calça

Verum enim uero cōplures futuros certò scio, quibus nihil haētēnus videri possumus p̄st̄tisse. Etenim cum nulos auctores magnæ fidei producamus afferentes ex Catalaunis Aquitanicis nos dictos ac denominatos Catalanos, ut pote qui non sint repertu faciles, somniasse illis videbimus nec quicquam fide dignum protulisse. Omitto illos, qui campos Catalaunicos, & oppidum Catalaunum in Aquitania querunt, quibus rem pergratam facturus videbar, si ex Strabone, Plinio Ptolemæo in Aquitania illa fuisset aliquando demonstrauiss. m. Quod cum non fecerim, operam lusisse prorsus sum ab illis iudicandus. Quamobrem haētēnus nimirum prolixam orationem faciētes, ac propterea multis molestam, ac odiosam; facere tamē nō possumus, quin producamus etiam hanc disputationē multò longius, vt, si non omnibus, pleris que tamē satisfacere voluisse aliquomo do videamur. Ac primum quidē de Augerio illo Gotlante Catalauno cum illis nouem heroibus Catalanos ex Aquitania

de Catalonia. lib. I.

43

nia ducēte in hanc Hispaniæ partem, est quod verba facere nos multa oporteat: propterea quod nō desint, quibus parum probētur, quæ de ingressu Catalanorum, & nouem heroum, quos Barones appellant, cum suo principe Augerio Catalauno seu Catalone, apud nos sunt decantatissima. Hæc enim si liquidò constarent, veritasq; pura nullis interpositis tenebris illam obscuriorē red̄ dentibus ad nos peruenisset: non fuisset cur nobis hic labor in scribendo, alijs vero in nostris legendis, ac dijudicandis esset subeundus. Verum enim uero quam annorum superiorum infelicitas, nostrorum verò maiorum cura, ac diligentia maior in armis, quam in litteris effecerunt, vt res p̄teritorum temporum patrum sint posteris certæ traditæ: nostra r̄ evidentur esse partes, vt in hac tanta rerum obscuritate falsa pro veris non tradentes in discussione verorum elaboremus. Quod enim maius indicium hominis insipientis, ac stulti potest existimari, quam verbis yelle facere, vt quæ vera

F 3

non

Francisci Calça

non sunt, pro veris tamē apud omnes hā
beantur? Quamobrē cū ea, quę de ingress
su nostri Augerij principis traduntur, nō
aliunde nobis nota sint, quā ex maiorū
nostrorū per antiquo sermone, quem Pe
trus Tomicus, nōnulliq; alij nostreates Hi
storiographi recitauerunt: operę pretiū
fuerit ex tā multis, quę sermo ille paū
probata videtur tradere, perquirere, quę
nam speciem præ se ferre aliquam veri
similis sint existimanda. Etenim cū nul
lis publicis priuatise, ac austēticiis instru
mentis cōprobari valeant, careant verò
testimonijis fidei probatę auctorum: sola
superēst disputatio illa, quę ex coniectu
ris, & vetisimilibus nos ad investigationē
veritatis manuducit. Quare de nomine
Augerij primum illud videtur animad
uertendum diuersitatem pronunciatio
nis nihil debere nos conturbare. Siue e
nim Augerius pronuntietur, siue Oge
rius, siue Rogerius, siue Othogerius, siue
Otgerus, vñus semper intelligitur dux
Catalaunorum ex Aquitania huc trans
migrantium. Etenim vnum solum est
nomen

de Catalonia. lib. I.

44

nomē a varijs vñie pronūciatū: At enim
in, o, motatur a bonis, & ab alijs cōtrario
modo ex, e, au fieri sol. t. Vnde & ex Au
gerio Ogerius, & ex Ogerio Otgerus, seu O
thogerius, & ex Ogero Rogerius, & ex
Rogerio Ogerius. Ogerij autem, & Ro
gerij multi deprehendunt extitisse in
Galiis, multi etiam in hac nostra Catalo
nia. Quamobrem nihil videtur obstat,
quō minus hoc nomine dux aliquis Ca
talaunorum olim credatur potuisse ex
sistere. Quin potius extitisse olim multos a
padnes, atq; etiam extare nostra hac tē
pestate Ogerij nomine, videtur illud qui
dem arguere Ogerium, vel Augerium o
lim aliquem fuisse percebrem virum,
cuius nomen non sint passi nostri ma
iores obliuioni tradi. Deprehenditur en
im in nostris illis maioribus studium
maximum in nominum quorundam cu
iosia conseruatione. Sic in familia
Cardonia Raymundus Felcus, in Mon
cadis seu ijs qui a montechateno habet
nomen Gasto, & Napifer, aut Dapifer:

Francisci Calça

in illis qui denominati sunt a Crucillis,
Gilibertus : in alijs familijs alia nomina
reperiuntur quam maxime diligenter cō-
seruata. Quare non leue duxerim argu-
mentum propterea fuisse multos apud
nos Ogerios, quoniam princeps ille O/
gerius Gotlantes maxime celebre nomē
hoc inter nos reliquerit. Cognomē por-
ro Gotlant, seu Gotlantis Germanū vo-
cabulum est: quamobrē vel Germanus,
vel dux Germanorum est ille noster O/
gerius existimatus. An autem illi nouē
heroes Germani fuerint omnes, an A-
quitaniī non facile dixerim. Verum e-
nīm uero, si famam sequimur, germanos
dicemus eos fuisse. Sed cur nouem tan-
tum celebrantur? De numero quidem,
de nominibusq; eorum non parua est
contentio. Etenim, si princeps Ogerius
cum pluribus quam vigintiquinque mil-
libus Catalaunorū venisse traditur, pro-
culdubio multo plures, quam nouem vi-
ri præstantes armorum gloria inter illos
eminuisse sunt iudicandi. Qui verò fue-
rint illi, nullæ tradunthistoriæ. Quamob
rem

de Catalonia. lib. I.

45

rem, cum fama per antiqua euulgauisset
strenuos aliquot heroas cū Ogerio prin-
cipe venisse, viderentq; recentiores re-
rum nostratium scriptores nouem fa-
milias maxime in Catalonia excellere:
facile fuerunt adducti, vt existimarent
principes illarum familiarū nouem Ba-
rones fuisse cum principe Augerio, seu
Ogerio ex Aquitania huc transgressos.
Id verò contigerit ne primis auctoribus
illarum nouem familiarum, an alijs, quo-
rum nomina tēporis longinquitate sunt
obliterata: potest quidem duci in cōtro-
uersiam. fit enim sāpe, vt gloriam aliorū
scriptores, recētores in alios transferāt.
Verum tametsi controversa sunt hæc,
quæ de nouem Baronibus traduntur: Et
enim & Gallia suos habuit nouem incli-
tos heroes, vnde & nostri scriptores po-
tuerunt de nouem alijs inclytis Baronib-
us Catalonia verba ad eundem modū,
quo Galli facere, & ex familijs magis illu-
stribus nouem heroes eligere: nihilomi-
nis tamen ex Aquitania Catalaunos ve-
nisse in hanc partem Hispaniæ hūc prin-
cipem

Francisci Calça

cipem virum secuutes Augerium seu Ogerium maxime videri potest esse verisimile. Etenim eis nostris hominib. multæ res causam dedisse dep. ehendantur, cur in nouem baronibus, h[ab]itque quam plurimis non omnino veram historiam tradiderint: tamen in ingresso Augenj Gotlantis Catalauni ducis Catalaunorū Aquitanicorum nihil deprehēdi potest, propter quod constans fama falsam historiam nobis proposuerit pro vera arbitrā. Etenim fama nouē Gallorū heroū institutio præerea Caroli nouē comitū in Aquitania commouere potuerū nostros scriptores, vt, quæ alibi contigerat, crediderint in Catalonia ad eundem itidem modum cōtigisse. Quinam autem hi nouem Galli heroes fuerint, si quis roget, intelligat eos esse, quos vulgus ignarus duodecim pares nominat, & equites duodecim mensæ rotundæ, nimirum Rholdanum, Reginaldum, Oliuarium, & reliquos. Non enim hi duodecim pares fuere. Etenim sex presules, tres duxes, & tres comites duodecim erant pares. Neque equites duodecim mensæ

de Catalonia. lib. i.

46

tundæ: quoniam illi Regis Artusi Angli ci equites fuerunt, sed nouem inclyti heroes Galli fuerunt barones dicti, quibus mendaces scriptores attribuere, quæ erant equitum mensæ rotundæ, & duodecim parium. At verò quid permouere quæso potuit, vt Augerium quendam nobis fingerent? Quid permouere, vt tā multa millia Catalaunorum Aquitanicorum traderent cum principe hoc Augerio ex Aquitania in hāc Hispaniæ partem transmigrasse? fortassis Aydonis seu Ayzonis præfeti Aquitanici aduentus? At verò Ayzo venisse in Hispaniam cū suis Aquitanicis traditur Ludouici Pij tempestate: Augerius verò Gotlantes temporibus Caroli Martelli. Et ille quidem venit, vt regionem in libertatem Christianorum redire faceret: Ayzo verò operam dedit, vt liberata iterum in seruitutem Sarracenorum restituereatur. Iam igitur negari non potest Aquitanicam gentem in hanc regionem olim transmigrasse. Etenim de aduentu Ayzonis seu Aydonis Aquitanici præfe-

præfeti præter Annonianam historiam extant scripti Blondi, Naucleti, & Marci Antonij Sabellici libri, aliorumq; multorum, quibus id nobis est factum perquā manifestum. De ingressu vero illo omnium primo Augerij Gotlantis, & Cata launorum constans extat fama, a primis nostris maioribus ortum accipiens, & quasi per manus tradita posteris ad hæc perducta vsq; ætatem nostram. Extant præterea aliqua vestigia, & argumenta, quæ consequenti nostra oratione notificant. Quamobrem non omnino aspernenda videri potest nostra hæc nominis Cataloniae etymologia, vt a Catalaunis Aquitanicis dicatur deriuata Catalonia.

C A P V T . II.

 T historiam quidem Augerij Gotlantis Catalauni ab Aquitania Catalaunos maiores nostros hanc in partem Hispaniæ ducentis multas ob causas par est, vt amplexan

de Catalonia. lib. i. 37
plexandam ab omnibus censemus. Primum quod nihil aliud habeat nostra gens vel scriptum ab externis auctoribus, vel traditum suis a maioribus, quam hunc antiquissimum sermonem de principe Augerio, & nouem heroibus & Catalaniis ab oppido Catalauno, seu, vt nostri loquuntur, Catalone iuxta Tolosam si-
to huc aduentibus. Deinde quoniam maxime conuenire reperiuntur, quæ tra-
duntur in hac historia cum scriptis Histo-
riographorum Gallorum, & auctorum
aliorum quorumcunq;. Etenim omnes
tradunt post illam irruptionem Saracenorum in Hispanias transmigrantium,
in Gallijs Carolum Martellum bellum
gesisse cum Eudone Visigotho duce A-
quitanię: Eudonem autem Saracenos ab
Hispanijs in Gallias acciuisse, sed postea
mutato consilio, coniunctis suis armis
cum Caroli Martelli copijs maximam
cladem, ac internitionem eisdem Saracenis intulisse: deinde vero post mortē
Eudonis ducis Aquitanicirediisse in A-
quitanię Caroli Martelli exercitum,
multaq;

Francisci Calça

multaq; oppida expugnasse. Quæ cum ita se habeant, quid obstat, quo minus sint vera ea, quæ his subiiciunt nostre gētis Historiographi, nimirum in exercitu illo Caroli Martelli Germanos aliquot insignes armis viros extitisse, quibus sit oppidum Catalaunum cum campis Catalaunicis iuxta Tolosam situm traditum, inter quos princeps omnium esset Augerius quidam, seu Ogerius, Gotlant, seu Gotlantes, cui ex oppido Catalauno sit factum cognomen, ut dictus sit Ogerius Catalaenus, & Oget Catalo a vulgo nostratum hominum. Quibus historijs Francorum aut Gallicum contradicere hæc periuntur? Quas ob causas fabulosa, & cōficti ab impostoribus aliquibus hæc iudicabuntur? An quia nullum unquam fuit in Aquitania iuxta Tolosam oppidum Catalaunum, nulli campi Catalaunic? At verò longe aliter rem se habere demonstrant cum Gallicæ, tum a lioram scriptorum historiæ. An ergo Augerij vel Ogerij nomen aliquos offendit? Enimvero Ogerios præclaros vi-

tos

de Catalonia. lib. i.

49

tos multos extitisse tradunt historiæ. Quamobrem nulla causa est, cur fictus noster Ogerius sit existimandus. Sed esto: aduersus nos dicat aliquis: Neque famula huius Augerij seu Ogerij in hac Historia tradita est, neque patria, neq; alia præterea multa, quæ erant ad descriptionem tanti ducis per necessaria. Respondeo id ipsum maxime confirmare hanc ipsam de Augerio nostro historiam. Etenim si confixisset aliquis eam addidisset procul dubio omnes circumstantias, neq; tam detruacata hæc tunc fuissent nobis tradita. Nunc vero cum vetus sit quemad eius principis memoria per manus hominum tradita: reliquie solum illius, & quasi vmbra quemad ad nos peruenient. Quod si mouentur aliqui nouem baronum quadam suspitione patrum admittenda iudicantes, quæ de illis sunt tradita, quibus non pauca videntur contradicere: dicimus non propterea reiicienda esse, quæ dicuntur de nostro Augerio, deque Catalaunis venientibus hoc ex Aquitania. Etenim in recitanda de

Francisci Calça

de aduentu maiorum nostrorum historiæ, multa potuerunt interseri, quæ vera nequaquam ad eum modum quo narratur euenerūt. Namq; inclytos aliquos barones clatusse inter Catalaunos, qui huc ex Aquitaniam transmigrarūt, par qui dem est, vt existimetur: eos verò nouem fuisse, illaq; nomina eorum extitisse, quæ narrantur, id potest vel falsum credi, vel saltem non mediocriter esse controuer- sun. Verū enim uero quid in causa fue- rit, vt nouenarius numerus a nostris scri- ptoribus sic probaretur; facile est, vt iam alias admonuimus, cognoscere. Etenim nouem barones, seu heroës inter Gallos fuere olim decantatissimi. Carolus præ- terea magnus in Aquitania nouem co- mites narratur creasse. Ea cum ad noti- tiam nostrorum hominum peruererūt, facile fuit illa trasferri ad Catalanos, & cum gloria nouem præclararum familia- rum ingēs in Catalonia esset, primos du- ces illarum familiarum dignos putarunt nostri scriptores, quos socios Augerij il- lus incliti principis fuisse assererent. Et fortassis

de Catalonia lib. i.

49

fortassis vel omnes, vel saltem pleræq; il- lae familie ortæ sunt ex ducibus illis, & o- cijs nostri Augerij. Nouem vētio fuisse il- los tum, cū venit Augerius, neq; hijs plu- res, neq; pauciores, id fieri non potest e- ruditis viris admodum probabile. Nihi- lo minus tamen, quæ de Augerio princi- pe, deq; Catalaunis ex Aquitania huc ve- nientibus memorijs maiorum nostro- rum constant, firma, rataque possunt semper permanere. Quæ quidem si reci- perentur ab omnibus, non longius esset producēda, quæ de origine nominis Ca- taloniæ habetur a nobis disputatio. Ilud que facile omnes crederēt Catalanos di- cto nos fuisse Catalaunis ab Aquitani- cis. Catalaunos porro Aquitanicos a Go- tis, vel Catis, & Alanis in unam gentem coalecentibus, fuisse denominatos. De principe verò Augerio. Catalauno non est, quod nos mirari oporteat nullam a- pud auctores magni neminis vspiam ex- tare memoriam. Nā cum in p̄xlijs Galli- cis non ille primum locum obtineret, in bello vero Hispano mori ei cōtigerit in

G Empo.

Francisci Calça

Emporiarū vrbis obsidione, idque prius quam quicquam in ditionem francorū perueniret factum ex eo oportuit, vt res illius intactæ in Gallia fuerint: in Hispania vero per pauca remanserit de eo cō memorata. Etenim neq; sepulchrum illius vspiam visitur, neq; fueritne Germanus natione certo scitur, neque alia vila, præterquā oppido Catalauno iuxta Tolosam suto præsedisse, & cum magna manu Catalaunorum venisse in hanc regionem: iter vero illius fuisse per fluminis Garunne ripas. Quamobrem ad vallem Arentesiorum & ad Palearense illi contigerit primum omnium peruenire. Et quoniam sedes Vrgellēsis illis in mōtibus erat cum suo episcopo, ac canonicis, & reliquo clero: cuenit, vt per ali. quid temporis inibi Catalauni illi conseruentur, indeq; per Sardaniam emissi, & deinceps in campum rotundum, ac opidum Bisuldunū, de oppagnanda Gerū davrbe cogitarint. Verū multitudine hostiū deterriti in vrbē Emporias sese dicū tur contulisse. Ibi vero priuati suo Duce Augerio narrantur ducē aliū sibi creasse,

de Catalonia. lib. i

50

è cuius nobili familia creduntur propagati hi, qui nomen a Montecateno habent, relicta vero obsidione Emporiarū sese in Sardaniā repperunt, & in sede Vrgellensi cōsidēs dux ille nouus comitis creditur habuisse nomē. Huius porro filius Ermengaudus a Mōtecateno, aut nepos potius illius, cū temporibus Caroli magni ad oppugnandā vrbē Barcinonē aduenit francicus exercitus cū suis Catalaunis strenuam operā regi francorum nauans obtinuisse creditur, vt Borrello comite creato Ausone, & Rostagno Gerūdē. Ermengaudus ipse comes quoq; Emporia rū a Carolo magno fieret. Blondus autē Naucelerus, M.A. Sabellic⁹ cū Annonio, d̄ hoc Emporiarū comite verba faciētes in nīs prolatione aliquātulū sunt varij. Vt cū q; tñ hęc sese habeant, Catalauni illi alios duces ac comites nō deprehēdūt habuisse. Et in tractū illū Emporitanū venisse tradit̄ Catalaunorū eorū pars bona, a q̄b. progressu tēporis nomē vniuer sa hęc regio sit cōsequuta Catalaunij, & deinceps Cataloniæ. Quæ proles vero fuctit superstes illi Ermēgaudo nō tradit̄

Francisci Calça.

immo sine liberis defunctus dicitur; quā obrem comitatus Emporiarum peruenierit ad quandam Vgcn. m seu Pontiū, Comitatus autem Vrgellenſis ad Suniarum Vuifredi Pilosi filium. Sed quinam ex illius familia nunc potest extare superstes propago, si mori Ermengaudum cōtigit sine prele vlla? Quoniam quidem Ermengaudus ille fratres habuit, & patruos non difficile fuit id euenisſe. Et vero quoniam vel fratres, velex fratribus, aut ex patruis nati caſtorum aliquorū domini effe eti fuerant; ex eo putamus euenisſe, vt baronum tantum titulum hi, qui dicuntur huius esse gētis olim deprehendantur obtinuisse. Et vero quā de nostris maioribus Catalaunis ex Aquitania huc profectis retineri ex antiquitatis memoria potuerunt, hæc tantum supersunt, quā Petrus Tomicus ex Antiquorum scriptis decerpens nobis in sua hiftoria nota fieri curauit.

C A P V T. I2,

Quoniam

de Catalonia. lib. i. 51
 Voniam igitur, propter quas causas euenire potuerit, cognoscimus, cur præter constantem perpetuo famā gentis nostræ ea, quæ de Augerio principe sunt tradita, passim tamen ex libris doctoru- ritorum constare nequeant; adduci debe- re videamur omnes, vt non falso in ter- monem, sed veram historiam hanc, quæ de Augerio principe inter nos circūter- tur iudicemus. Eius enim virtutam rādiu inter nos in totaq; nostra gente perseuerasse non est profecto de nihilo exi- stimandum. Etenim quid causæ potuit esse nostris maioribus, vt eiusmodi fabu- lam tanquam veram historiam amplexa- rentur? Et quidem si nullus Augerius Ca- talaunos duxit ex Aquitania in hanc cite- riorem Hispaniam a Saracenis recipien- dam, vnde nam pottit Augerij vllijs Ca- talauni, seu Catalonis notitia nostros ad maiores peruenire? Illis, qui fragmentum aliquod asserunt id esse, vel cur sint falsa, quæ de Augerio principe tradita sunt, de monsticandum est: vel vnde occasio hal- lucinan-

Francisci Calça

lucinādi euenerit est aperiendū. Id cum nec faciant; nec facere possint, cur nostri gentis famā, & testimonium censebunt esse repudianda? Cur nostros maiores tanta bellicæ rei prudentia præditos dignos cōtendant, quos mendacij tā impudentis condēnare debeamus? Quoniam inquietū impudentissimū mendaciū de conditore vrbis Barcinonis Hercule, dēq; nona barcha, a qua sit hæc nostra vrbis Barciaona quasi barcha nona appella-ta, nō minus pertinaciter amplexata est gens Catalana, quam, quæ de Augerio principe sunt euulgata. Verū enim uero res lōge alia hrc est, nihil omnino ad rē hanc nostram, qua de agimus, faciens. Et enim cōmune vitium est omnium ciuitatum, vt ciues earū de origine vrbis suę fabulas pro veris historijs nebis obtrudant. Deinde pleriq; vrbes modo sint alicuius gloriæ, & dignitatis ad Herculem solent sua p̄ima fundamēta referre. Pr̄terea legitur apud Strabonem, aliosque complures auctores solitus esse cū nōne nauibus Hercules ipse nauigare. Qued fortassis

de Catalonia. li.i.

fortassis alicui sciolo dedit oīl occasio nem, vt cum Barcinonam auditet dici hanc nostrā vrbem, ab aliqua nona Bar-cha deriuatū hoc nomen fuisse existima verit. Quamobrē ad naues Herculis nouem respiciens facile potuit ille quisquis fuit configere, quæ de nona barcha, id est naue hoc ad litus nostrum appellatē circumfertur, fabulam. Verum, quod omnium maxime animaduertendū est, non sunt Barcinonenses, neq; Catalani fabulae huius auctores existimandi. Etenim multo antiquiores video scriptores Hispaniæ vñterioris fuisse scriptoribus huius nostræ citerioris Hispaniæ. Comenta vero huiusmodi apud illos deprehēdūtur. Neq; vero illos a nostris ea accipisse crediderim; sed nostros poti⁹ ab illis desumisse. Quattuor libros scriptos reliquit Alfonsus rex Castellæ de reb. Hispánicis, vbi multis verbis nobis tradit hāc de Hercule, dēq; origine Barcinonis oīlōne. Sed quid Alfonſū regē Castellæ citēt cū eocō plutes legāt in vñteriori Hispa. multò antiquiores hęc dñra vrbē Bar. cōscribētes

Quamobrem illis primis huius fabulæ inventoriis facile potuit contingere, ut venirent vidētes cum barcha nona mutantem affinitatem nomen nostrę vrbis Barcinonę appellatæ habete, legissent verò cum novem nauibus herculem nauigare solitum, venirent, inquam, in suspicioneum primum, deinde verò crederent ex nona naue Herculis hoc est barcha nona factam urbem Barchinonam: præseratum cum liquido constaret tum ex fama, tum ex varijs auctorum Græcorum, Latinorumq; historijs Hercules aliquos diversis temporibus in Hispaniam aduentasse. Quamobrem cum tam multæ sint causæ, quæ potuerint antiquos illos in fraudem inducere, ut mēdacia huiusmodi comminiscerentur de Hercule, de nomineq; barchis, & de nona barcha, ut illi loquuntur, quæ nomen dedisset nostrę vrbı Barchinonæ: in nomine verò Cataloniae declarando, & interpretando nullæ similes causæ deprehendantur interuenisse: restare videtur, ut longe aliam ratio nem ducamus huius nostrę historię, atque

que illius fabulæ ex historiographis Hispaniæ vltioris profecte esse habēdam. Quare non, si facilès fuerunt in hoc amplexando barchę nonę figmento, credibile videri propterea debet nostros homines eadem facilitate fuisse adductos, ut confitum illum Augerium in celum tollerent, ductoremq; Catalaunotū easdem falsa credulitate asserēt. Non enim causæ vllæ apparent, cur configi noster Augerius potuerit, quemadmodum adduci causę configēdę Barchenonę pos sunt: quę manifestæ facile cūlibet queant esse. Quamobrem pr̄termissis hisce Herculis, vt Plinius ait, fabulis, & hominum vltioris Hispaniæ commentis, puram putam historię nostrę veritatem, quæ de nostris maioribus Catalaunis, & eorum principe Augerio inter nos circū fertur per quiramus, regionēq; perscrutemur, ut hactenus egimus, cur sit & quando dicta Catalonia. Verum enim uero quoniam ante inclytorum comitū Barcinonensium tempora nec reperitur celebre fuisse Catalanorum nomen, atque adeo

ad eò nomen huius nostre Cataloniae: O
per æ p̄tium videtur esse, vt sp̄ctemus
historias probatæ fidei scriptorū, & per/
videamus quænam tradantur in illis de
rebus nostræ huius regionis. Magnam e-
nī lucem illæ sunt allaturæ ad obſcu-
ram hanc nostram disputationem.

CAP T. 13.

A C primum quidem ante Goto
rū aduentum ad conuentū Tar-
raconensem pertinuisse tradū-
tur pleraq; huius nostræ regio-
nis oppida: nullum porro auditur illorū
fuisse cōmune omnī quale hoc est Ca-
talani orum nomen. Etenim cōmunia tū
fuere nomina Iberia, Hispania citerior,
Hispania Tarracensis. Particularia ve-
rō locorum ad Cataloniae pertinen-
tium erant. Deus bonæ, nomina quam-
plurima, Cerretanorum, Empordanorū
Sardaonum, Cōseranorum, Indigitano-
rum, Lartholeætarum, Lelætanorum, si-
ue

de Catalonia s. i. 54
ue Leætanorum, Co setanorum, Ilatca-
num, Ilergetum, Lacetanotū, Ico citano-
rum, Ausetanorū, Bargusiorum, Aocta-
norum, Castellanorum, ac aliorum etiā
nonnullorum. Cataloniae vero popules
neq; Plutarchus a Laurentio Valla cita-
tus, neq; auctor alius ullus inquam ad
hanc nostram citerioris Hispaniæ par-
tem spectasse tradidisse cognoscitur.
Post Gotorum autem aduentum nobis
haud quaquam cōstare potuit, qualem
habuerint nostræ Cataloniae loca distri-
butionem. Sunt tamen qui scriptum reli-
querint extremis Gotorum tempori-
bus Barcinoni creatos fuisse a regibus
Hispaniæ comites, quod ipsum Iler-
dæ, alijsque insignibus oppidis euensi-
se ad eundem modum, pareat, vt exi-
stimemus. Contra Saracenos autem
Barcinonem referunt se longo tem-
pore inuidam præbuisse. Verum quæ
temporis tandem progressu hac lege de-
ditionem fecerit, vt tradita hostibus
vrbe licet ciuib; extra urbem viue-
re in seruitute Saracenorum futuris.

Quis autem fuerit ex Afris, qui victoriā huius vrbis sit consequetus, ac proinde eius dominium, nondū potuit nobis notum fieri. Rex tamen Athinus quidam ex Saracenis memoratur, a nonnullis Athinus appellatus, qui tempore Caroli Martelli huic nostrae regioni præsidens, cum magna Saracenorum manu Auiniorum Gallię Narbonensis vrbem Goti cuiusdam Mauranti hortatu, atq; opera occupauit. Sed inde a Carolo Martello exturbatus Narbonē petiit, cui suppeditas ferens Amorreus Rex ex Africa aduentans, in prælio in valle Corbaria nuncupata dicitur mortem obiisse. Athinus autem clam ab oppido Narbone elabens, ferrut rediisse in vrbem suam Barcinenem. Cum vero seiret francicus exercitus in Gotos Gilliae Narbonensis omnes, illi ad regem hunc configuentes narrantur sese fidei Barcinaonensium commandasse. Atque ad eum modum ē furore Martelli euasisse. Huic autem Athino, qui post illius extremū diem successerit, non constat. Verum aetate Carolico gnomen

gnomento magni duo de gubernatione vrbis Barcinoonis narrantur acerrime contendisse, Sarraceni illi quidem, quoium alteri Addo, alteri Zatis fuit nomen. Id nō aliud crediderim cuenisse, nisi quod prioris pater proxime imperiū illud obtinuisse, Zatis verò parens gubernator huius vrbis prius illo extitisset. Indigne igitur ferens Zatis potiores partes esse emuli sui Addonis, cum antea omnes Saraceni Cordubę régē, vt summum omnium principem, obseruatent, ac reuerterentur: nihil veritus fuit vt Addonem prorsus deturbaret ab vrbis regimine ventre in Galliam ad Carolum Magnum pacificēs cum illo, vt beneficio ipsius Caroli permitteretur vrbis Barcinoonis Zatis ipse esse gubernator. Quod consequens, cum aliquot annos quiete regnasset, opera Addonis emuli accusatus infidelitatis apud Carolum priuatus fuit Zatis ea dignitate, & Addoni vrbis Barcinoonis restituta est gubernatio. Ad Zatim verò rebellem capiēdum missus dicitur e Gallia firmissimus francorum exercitus, cū quo

Francisci Calça

quo manus Catalaunorum maiorū nō
strorum, quæ tum saltum Pyrenæum ob-
tinebat coniuncta Catalonia veterem
dicitur omnem in ditionem francorum
regis redigisse. Cumq; opulētissima Bar-
cino in potestate Saraceni gubernatoris
permitteretur esse, Ausonæ comes Bor-
rellus quidam ex Gotis quidem, & Ge-
rundæ Rhostagnus creati dicuntur. Er-
niengaudus autem a Montecatheno du-
ctor Catalaunorum Comes antea voca-
tus a nostro Petro Tomico Vrgellensis
(etenim cum in saltu Pyrenæo Catalau-
ni considerent, vrbs autem hæc principa-
tum in eo saltu obtineret, comitem Vr-
gelli eum Ermēgaudum fuisse oportet)
beneficio huius regis Caroli comes etiā
Emporiarum factus, cum exercitu Cata-
launorum Emporitanum tractum vni-
uersum occupauit. Castrum autem Cat-
donæ, & castrum Castrafetras suos pro-
pugnatores cum firmissimis præsidijis tū
acepisse narrantur. Quænam autem fue-
rit g̃s quæ tractū horū castorū tū occu-
pauit, necnon & Ausonę cāpū nō est faci-
le

de Catalonia lib. I.

56

Je nūc nobis cōie sturis vllis cognoscere.
Catalaunos autē eos fuisse haud quaquā
credi decet: propterea quod Catalauni a
suo duce Ermēgaudo ne vel latū vnguē
abscedere voluisse sunt existimādi. Quā-
obrem solus saltus Pyrenæus, & tractus
Emporitanus longe lateq; patens Cata-
launos tum habuisse est iudicandus. Ete-
nīm saltus ille solos tū Catalaunos reti-
nuit, qui non fuerunt ad bella vtiles: Em-
poritan⁹ verò tractus reliquos armis ge-
rendis, & prēlijs idoneos ad se videtur at-
traxisse. Quare neq; regio hæc nostra no-
men Catalauniq; tum potuit accipere, ne
q; aliunde nomē nouū vllum acquirere.
Etenim cū nulli franci hic cōsiderēt, nul-
li Itali, nulli Germani, nulli Burgūdiones
(exercitus enim huc missus a frācorū re-
ge, vbi depugnatū erat confestim redire
patrios ad lares properabat) necesse fuit,
vt partim Catalauni saltus Pyrenēi occu-
patores, partim Goti Galliç Narbonēsis
huius nostrę Hispanię citerioris a Sarace-
nis recuperatae habitatores fierent.
Quamobrē tametsi essent in saltu Pyre-
næo, & in tractu Emporitano Catalauni

nondum tamen hæc nostra regio Cata-
launia poterat ea tēpestate vocitari: Go-
tia vero, si nomen ullum accipere tum il-
lam oportuit, videtur eo tempore fuisse
nuncupanda. Nam Amalricus, quem no-
stri Aymaricum nominant, vrbis Narbo-
nis vicecomes seu precomes a Carolo
Magno creatus. Bortellus autem comes
Ausonæ, & Rhostagnus comes Gerūdæ
cum propugnatoribus castri Cardonæ,
& castri Castreras, seu Casserres, alij
non potuere illi quidem esse quam Goti
ex Gallia Narbonensi huc transmigran-
tes. Verum enim uero quoniam Barcino
tame si Carolo Magno subdita, Sarace-
norum adhuc erat: tractus verò Empo-
ritanus a Catalaunis possidebatur; nulla
ratione fieri potuit, vt hæc regio nomen
ullum eo tempore adipisceretur. Gotia
enim cum Gallia Narbonensis tum vo-
caretur: hæc regio Gotia nullo modo po-
tuit vocari. Quamobrem Hispanæ no-
men adhuc deprehenditur ea tempesta-
te, retinuisse. Sed quid denouem comiti-
bus, vicecomitibus, comitoribus, & va-
cuis?

suassō

statuoribus hic dicemus? Etenim si Ca-
taloniā vniuersam in hos magistratus
distribuit Carolus cognomēto Magnus,
quemadmodum Petrus Tomicus tradi-
dit, & nostra gēs assentiat, Catalatini por-
rò per vniuersam hanc regionem respet-
ficiant: Cataloniā hanc nostram par-
tem hispanæ vocari tam oportuit
vela principe Attingio Catalone sūmēn-
tem nomen, vel ab ipsissimis eām occūpā-
tibus Catalaunis. Verum enim uero res
longe aliter fese habuit. Etenim neq; Ca-
toli magni tempore, neq; aliorum duō-
rum posteriorum regum tēporibus hæc
nomina audita fuisse deprehenduntur;
neq; proinde est verisimile in nouem co-
mites, vicecomites, comitores, & vassalli-
sores a Carolo distributam esse hæc tum
protinciam, etiani si postea sit deprehē-
sa sic distributa aliquando fuisse. Quam-
odrem, vt filium huius historiæ cōtinue-
tur, ad Addonem ad Gubernationē Bar-
cinonis vrbis restitutum regrediāmit. Is
per aliquot annos post Zatim æmulūm
expulsum quiete in possessione suæ gu-
bernatio

Françisci Calça

bernationis viuebat, cum Ludouicus Ca-
roli Magni filius rex Aquitanæ factus,
exercitum in urbem Dertusam ducens,
in urbem Barcinonem ingredi non cœta
Saracenis permisus. Quod ægro animo
ferens Ludouicus regressus a bello Der-
tusensi per Saracenos Narbonis urbis in
colas egit, ut in uitatus Addo relata Bar-
cinonis urbis custodia suo fratreli Ga-
mito Narbonem urbem ad quoddam
solē festū adueniret: ubi captus in po-
testatē Ludouici regis venit. Id autem
cum resciuere Barcinonenses Gamitum
regulum creant, & ad Cesaraugustenos,
& Cordubenses petitum auxilia mittūt.
Ludouicus verò priusquam subsidia vi-
la possent aduenire, cum triplici accele-
rat exercitu, quorum primus angustias
locorum occupauit, aduētum auxiliorū
prohibiturus, alter verò Barcinonē obsi-
dione premebat, cui Rhostagnus Gerū-
dæ comes prepositus fuisse est cōmemo-
ratus; in tertio verò rex erat ipse ad om-
nes opportunitates paratus. Ubi igitur
nulla sibi adesse viderunt Barcinonēses

auxilia

de Catalonia lib. I.

58

auxilia, hostem autē pertinaciter obsidio-
nem producere, qui iam per biennū no-
ste sub pellibus egisset, in summa rerum
inopia de se se dedēdis cœpere capere cō-
silia. Missitantur, qui de pace agant: pla-
cket regi Ludouico, ut vrbs non a Sarace-
nis, ut hactenus: sed a Christianis habite-
tur. Quamobrem fuit regi Gamiro per-
missum ut habitaret extra muros veteris
urbis in loco ubi nunc sunt aedes Henri-
ci Agullanæ: ex qua quidem re vicus no-
men habet, & vicus regis Gamiti nuncu-
patur: vulgo, Lo carrer del Regomir; &
alius deinceps vicus a Saracenis retinet
acceptū nomen, vocatus vulgo, Lo car-
rer dels Sarrains, hic porrò vicus ille est
qui a via lata ad fontem Angeli vocatū
pertenditur. Quid? nonne in angulo do-
mus doctoris Çaragoçse extat caput la-
pidem faciem reguli Gamiti reffers?
Ludouicus igitur rex Aquitanæ in ur-
be Barcinonem ingressurus ex Mas-
quita Saracenorū (sic enim Mahome-
tani suum fānū appellant) ædē sacrā con-
fici iussit, cui⁹ esset nomen sancte crucis.

H 2 Eam

eam ędem magnifice ornari curauit; Ioānes episcopus eius factus fuit; canonici, regulares dicti, quadraginta creati; vrbis comes Gotus quidā factus est Bera, vel Bera nomen habens, Gallorum historię Beram, alię Beronem, sic & Baronem aliae potuerunt vocare. Præsidiū vrbis cuius stodiōndat totum Goticum dicitur fuisse positum. De Catalaunis verò nihil habemus, quod hic loqui valeamus, nondum Barcino parte villa ad Catalaunos pertinebat, sed solus saltus Pyrenæus, vt saepe diximus, & Emporitanus tractus. Post mortem autem Caroli cognomento Magui, cum regnū francorum, & Romanum imperium ad hunc regem Ludouicum peruenisset: eum opportuit Aquitaniam, in qua regnabat antea derelinquere. Illa igitur Galliæ parti quendam Ayzonem Visigotum præficiens Ludouicus, procul quam maxime profectus, occasionem dedit, vt Goti de eripienda haec nostra regione Ludouico regi consilia inter se se inirent. Ayzo ad regnum Hispaniæ adspirabat, Goti Galliæ Narbo-

nenſis

nensis, qui in hac regione erant, id vt fieret dabant operam. Verum enim uero ac culatus Bera comes Barcinonensis apud Ludouicum imperatorem, & accessitus elegit Monomachiam. In ea victus crimen est fassus, & propterea iudicio consilij regij cōdemnatus causam videtur dedisse, vt apud nos hostes regis Barę, & proditores nominentur. Cum ergo petriculum perdendę huius partis Hispaniæ Ludouicus intellexisset, comitem Barcinonis creavit Bernardum quendam ex gente Gotica Galliæ itidem Narbonensis per quam strenuum virum. Huius tanta virtus extitit, vt Geruda, & Emporia, & Barcino in fide Ludouici Regis permanserint, partibus alijs huius regionis ad Ayzonem deficiētibus: propter quod fuit per aduentum Ayzonis multum deuasta ta hęc regio. Quamobrem faceſſentibus hinc Gotis illis Galliæ Narbonensis, qui patres Ayzonis sequuti fuerant, locus datus fuit Catalaunis habitatoribus Pyrenæi montis, & in tractu Emporitano cōſedentibus, vt per yniuersam hanc regio-

Francisci Calça

nem sese effundere inciperent, invitati
præsertim ab alijs Catalaunis Aquitani-
cis, qui cum Ayzone ipso aducnerant.
Sed comite Bernardo evocato ad custo-
diā regis Ludouici, quidā Vuifred⁹ Got⁹
comes Barcinonis credit in locū Bernar-
di illius fuisse sufficētus. Traditur hic ante
quam comes fieret inhabitauisse vallem
in confluentis regione, dominumq; fūl-
se castrī cuiusdam, cui Ria est nomē. Hu-
ius filius Vuifredus cognomento Villo-
sus, seu Pilosus patris non fuit successor:
verum Salamonem factum post necem
Vbistedi patris comitem occidēs cemita-
tum Barcinonensem recuperavit. Et
cum apud Carolum Caluum frācorum
regem esset Normanorum tum bello oc-
cupatum, & Saraceni in regionem hanc
nostram irrupissent, peneq; vniuersam
regionem suam effecissent, dono cōces-
sam hanc sibi vniuersam a rege Carolo
prouinciam fertur suis viribus, ac copijs
recuperauisse: quā rāmen comitis titulo
vtq; regis francici Beneficiarius esset cū
vniuersa

de Catalonia. lib. I

60

vniuersa sua stirpē possessurus. Genus hu-
ius donationis Iuris consulti feudum nō
bile seu honoratum appellant. At verò
cum iunari a rege Carolo Caluo nequiu-
erit Vuifredus, cumq; vniuersa hæc re-
gio Saracenis plena nihil opis Vuifredo
ex Gallijs venienti ferre posset: quis non
facile credat Catalaunos in Aquitania ad
huc extantes omnes sequitos hunc co-
mitem ad cognatam gentem suam è ser-
uitute Saracenorum liberandam fuisse?
Quamobrem cum primos Catalaunos
ex Catis seu Gotis, & Alanis coalescētes
Aquitania habuerit, colonia missa vna
in Belgiam, altera verò cū Augerio Got-
lante in Hispaniā traducta, cursus exhan-
sta maxime Catalaunis ipsa Aquitania
propter Ayzonem Hispaniam occupare
meditantem: mirum nemini videri de-
bet, si prorsus sequētibus Vuifredū comi-
tem illis, qui supererant, Catalaunis om-
nibus prorsus priuata, neq; id dudū, sed
iā ab illis antiquis tēporibus nulla nunc
vestigia Catalaunorū aquitania habeat.

Francisci Calça

Qua etiam ex re & illud est facile percipere, quare tanta confluente ex Aquitania in hanc partē Hispaniae multitudine Catalaunorum, nomen Catalonia tandem regio hæc nostra accepit, & nos a Catalonia illis simus vocati Catalani, & regio deinceps sit dicta Catalonia.

C A P V T . I 4 .

SErum enim uero cum non defututos videā; quibus hæc patrum argute a nobis disputata videantur: dicantq; non solos Catalaunos, sed ex vniuersis Gallijs innumeros populos huc confluxisse, & Belgicos, & Celticos, & Aquitanicos, & Provinciales, quin & Germanos, & Anglos, ac etiam Italos: potro ex antiquis Hispanis numerosa multitudo superstes erat, tametsi Saracenis seruiens, & ex iisdē antiquis Hispaniæ incolis multi sese in munitionissima quædam loca receperant, qui sese exercitibus francicis coniungentes ad

de Catalonia. lib. I. 61
ad victoriam ex Saracenis comparandā non paruum adiumentum sunt illi putādi attulisse: Quamobrem nō satis plene causæ videntur redditæ, cur a solis Catalonia, qui multis doctis viris videntur numquam in Aquitania extitisse, nos diciti simus Catalani: eas obres maximum operæ pretium facere videbimus, si plenius causas hasce reddiderimus, satisfacientesq; aliqua ex parte his, quibus non potest placere nos a Catalonia denominatos, operam prorsus non lusisse repetiemus. Ac primum quidem illud omnium potissimum animaduerteret proponimus, ex tam multis, tam varijsq; genibus, quæ huc sese contulisse cum exercitibus regum francorum leguntur: non aliam gentem potuisse facere, vt nomen nouū hæc pars Hispaniæ acciperet, quam illam, quæ eo animo huc commigrabat, vt fixas sedes in ea esset habitura. Quam obrem cum constet Gallicis ex hiltorij solitas omnes gentes exercituum francorum finitis bellis cōtinuo sese suos ad penates recipere, Catalonia vero cum multis

multis Gotis ex Narbonensi Gallia pertinaci constantia colonos huius Hispaniae tractus esse voluisse: non erit cur mirum esse possit ex solis Aquitanicis Catalaunis nomen nouum hanc partem Hispaniam accepisse. Sed cur non & ex Gotis? Quoniam Narbonensis Gallia iam a longo tempore Gotia appellabatur. Quam obrem totus tractus Rossellionensis, in quo maxime abundabant Goti, pars Gotiae erat. Catalauni vero Pyrenaeum saltum, hoc est Sardanium, sedem Vrgellesem. Palearienses, cum valle Aeteneiorum in initio occupauerant, & Capsiriū cum regione Confluentana: sed nondū Catalauniae nomen exortum vspiam fuerat. Vbi vero ex Catalaunis illos montes occupantibus bellicos saiuuentas cū suo comite Ermengando cognominato à Montecatheno, cumq; suis comitoribus & valuassoribus in campos Emporitanū tractus descendit, & Saracenis deuictis sedes figere firmis in ea parte Hispaniae nostri maiores cęperunt: tunc Catalaunia regio Catalaunorū audiri fuit cępta:

Gotia

Gotia vero nequaquam. Etenim in Emporitano tractu rari Goti sese cum Cata launis coniunxerant. Quamobrem eos Gotos, qui ex Gallia Narbonensis sese in Hispaniam effuderant, Barcinonem urbem, Ausonam, Castrum Cardona, Castrum Castaserras occupauisse Historiae Gallicæ demonstrant. Hi porro Goti cū dispersi per varia loca cum Hispanis illis qui Saracenis seruierant cohabitarent, nullum causam potuere dare, vt nomen ab ipsis hæc regio nouum acciperet. Catalauni autem in tractu Emporitano coaceruati non potuere id non efficere. Ocepit igitur Emporitanus ille tractus ex Catalaunis inibi cōsidentibus vocari Catalaunia. Cumq; ea gēs idioma haberet suum differens illud quidem nonnihil ab idiomate Gotorum Narbonensis Galliæ, differens a sermone Hispanotum, qui Saracenis seruierant, differens ab omnibus alijs hominibus: sensim tamē, nescio qua vi obtinere cępit, vt per universam regionē, & provinciā hāc nostrā hoc

hoc idioma diffunderetur, ac vbiq; ex illis Catalaunis extarent incole, atq; ad eū modum pedetentim est effēctū, vt a Pyrenēo saltu ad Rubricatum vslq; flumen interiectum spatium Catalonia sit vocata, ex indeq; ipsa Catalonia. fecisse vero hoc Cataloniae nomen nouum ita exortum videtur, vt ex Aquitania reliqui Catalauni, tametsi multo temporis spatio, huc tamen sese omnes tandem transstulerint, & penitus vacua Catalonia. Aquitania remanserit: etenim cognatio illos huc attraxisse putanda est. Eamq; ob causam fieri videmus, vt ex Gailia Narbonensi vicina admodum nobis, ex Celta, ex Belgia non tam frequentes Galli ad nos veniant, nobiscunq; habitent, quā ex Aquitania illisq; locis, qui sunt Toulouse verbi circunsuſi. Nam cum iam olim cæptus fuisset fieri hic cōfluxus prōpter cognitionem illorum Cataloniae: naturā gētem vicinam nostris qui olim illic fuere, Cataloniae inuitante, persecutū ad hanc vslq; dieni frequens illorum Gallorum ad nos confluxio, & aduētus.

Et

Et cum Cantabri, Nauarri, Aragōgenses vicini Gallis sint, non minus quam nos Catalani: id nequaquam experiuntur. Quamobrem illud, inquam, animaduertendū magnopere videtur, quid permouere potest Gallos illos Aquitanicos, vt hucus tam libenter conferat, quod mihi maxime apparet demōstrare nostros maiores olim Cataloniae fuisse Aquitanos. Maiores portò nostros illos intelligo, in quibus summum viguit olim studium, vt hæc nostra prouincia a Saracenorū seruitute liberaretur. Hos autem nullos alios par est intelligere, quam, vt sēpissime diximus, Aquitanicos Cataloniae. Etenim cum ex Catis, aut ex Gotis & Alanis coalescētes quidam homines campis illos Cataloniae, & oppidum Cataloniae solum obtinerent, & quasi in alieno solo retenti parum libere pro animalibitu res gerere permitterentur: in magnam gentem exercentes non ad modum quieti esse poterant. Quamobrem in Belgiam olim missa lani vna bene magna colonia fuerat. Tempore igi

tus

Francisci Calça

tur Caroli Martelli cum liberis a Domino ducis Aquitanici Augerium illum Gotlantem, & aliquot strenuos Germanos sibi præpositos haberent: facile potuerunt adduci, ut ad recuperandam Hispaniam citeriorem Christianoq; cultui restituendam permouerentur, ac inflammarientur. Augerium autem principem, & germanos illos heroas multe sunt causæ, quæ potuerunt ad id faciendum inuitare. Primum quod in Aquitania considetes soli inter hostes quamplurimos in maximo periculo esse videbantur: Eudo enim Visigotus, ut dux vniuersitatem Aquitaniam imperauerat. Hæres huius Vuayfarius, quem alij Gayferos nominant, vel Hunoldus, cum non bene se cum Carolo Martello gessisset, arma Caroli Martelli in se se conuertit. Sic enim ait Annonius: Eudo dux mortuus est. Hoc audiens præfatus princeps Carolus, inito consilio procerum suorum, denuo Ligrem fluvium transit, & usque Garumnam, & urbem Bordegalensem & Castrum Blauiam veniens occupavit. Hoc

in

de Catalonia. li. i.

64

in tractu occupatae partis Aquitanie a Carolo Martello campi Catalaunici cum oppido Catalauno traduntur extitisse. Nostri Historiographi commemorant tum a Martello campos Catalaunicos cum Catalauno oppido Augerio Gotlanti, & germanis quibusdam uisile traditos custodiendos, & gubernandos. Id sane nobis ex Gallicis, aliorumque scriptorum historijs non innotuit, sed sole nostræ Catalonicæ historiæ describunt, ac enarrant. An vero fides sit habenda illis trahi potest in controversiam. Nil hilominus tamen optimo quique iudicio prædicti maxime nostris historijs huiusmodi assentientur. Cum enim haec nullo repugnant modo his, quæ per alios probatos scriptores tradita sunt: constans autem Catalaunorum omnium fama, cum præsentium, tum præcorum illorum pro certissimo, ac sibi exploratissimo asseueret: nulla causa esse potest, cur non ab omnibus haec pars historiae fidem emereatur.

Iam

Francisci Calça

Iam ergo cum Vuayfarius dux filiusque Eudonis, aut Hunoldus Aquitaniam obtineret, præter ea quæ in ditionem Caroli Martelli venerantur, non satis quietam habitationem illam Augerius, & Germani illi equites futuram sperabant. Animi porro Catalanoū, quibus præsidebat Augerius, p̄ferebāt, & ad gerendum bellum aptissimi multum spēi rei bene gerēdāt illi principi, germaniæq; equitibus dabant. Com̄migrare igitur aliquo desiderantes Catalauni illi Aquitanici maiores nostri, Augerius vērō, & Germani equites, qui cum illo principe cōtō venerantur, non oppido illo Catalauno contēti prōanimotum suorum egregiorum magnitudine facile lacinus tam præclarum aggrēdiendum conceperunt, seseq; ad pīæ stāndū illud accinxerunt. Hos igitur si maiores nostros fuisse agnoscimus, & primos ex Gallia ingressos in Hispaniam considenteisq; in Pyrenæo saltu Catoli magis temporibus cum francico exercitu agerū Emoritanum, vt nostræ Hispanic tradunt, occupasse: non est cur de

de Catalonia. lib. I.

65

beamus viterius perscrutari, vñdenam nos Catalani possimus videri denominati. Sed roget nos hic fortasse quispiat, cur Emporitanū tractum primum omnium factum Catalaunorum maiorum nostrorum dicam, cū Rossellio pars omnium prima videatur a Sarracenis fuisse recuperata. Hoc autem si verum est, cur Rossellionensis regio non prima vocabitur Catalonia? Quoniam inquam, nō in potestatem Catalaunorum Rossellionensis regio venerat, sed, vt iam alias a nobis indicatum fuerat, in potestatem Gotorum Galliæ Narbonensis transierat, a Saracenis tamen prorsus illa quidem habitata. Sardania vero, sedesq; Virgellensis, Paleatiæs item, & vallis Areneñorum Catalaunorum primū omnium fuerunt illæ quidem: verum Catalonia nomen illæ regiones nondum habere cōperunti propterea quod in saltu illo Pyrenæi montis latentes tum Catalauni parum clarum nōmē per orbem uniuersum habebant. Post victoriam vero, quam ingressi am in Hispaniam facere consequau

I. ii.

Francisci Calça

ti, tunc cœperunt esse celebres, & illorū propterea regio Cataiaunia sensim cœpit nominari, sensim inquam: propterea quod neq; Caroli Magoi, neq; Ludouici Pij, neq; Caroli Galui temporibus cite rior hæc Hispania aliud nomen habuisse legitur, quam Hispaniæ. Annonianæ vero Historiæ interdum marcham Hispaniæ, ac limitem nominant hæc nostram veterem Cataloniæ, interdum verò si nes Aquitanorū. Sic enim in libro quin-
to sub finem capitinis quarti scriptū ex-
tat apud Historias illas: Ordinavit autē,
inquiunt, Carolus nimirum magnus illo
tempore in finibus Aquitanorum circū-
quaque firmissimam tutelam: nam ciu-
itatem Ausoniam, Castrum Cardonā, Ca-
staserram, & reliqua oppida olim d'ferta
muniuit, habitatiq; fecit, & Borrello co-
miti eum congruis auxilijs tuenda com-
misit. Capite porro II. de Bernardo co-
mite Barcinonis hæc narrantur: Bernar-
dum catenus Hispaniæ partium, & limi-
tum comitem cameræ suæ præfecit. Rur-
sus libri quatu cap. 100. idem Bernardus
comes

de Catalonia. lib. I.

66

comes his verbis dicitur ad custodiā Re-
gis Ludouici ab urbe Barcinone iussus „
fuisse transmigrare: Bernardum inquiūt „
ille historiæ, comitem Barcinonæ, qui ea „
tenus in Marcha Hispaniæ præsidebat, ca- „
merarium in palatio suo constituit. Ca-
pitis autem II: hæc etiam sunt verba: Lo-
tharium filium suum cum magnis fran- „
corū copijs ad Hispaniā marchā dire- „
xit, & cōpetto quod saraceni ad marchā „
venire timerent, redeunte ad Aquitaniā „
featre, ipse ad patrem Aquisgrani reuertit „
tur. Capite vero II. cum de damnis fit
sermo, quæ per Ayzonem rebellem Mar-
chæ Hispaniæ inferebantur: cōtra cum
dicitur imperator Ludouicus filium suū
Pipinum Aquitaniae regem cum im-
modicis Francorum copijs regni sui
terminos tueri præcepisse. Quod ita
factum fuisset, nisi ducum desidia, quos
Francorum exercitui præfeccerat, tar-
dius quam necessitas posulabat is,
quem ducebant ad Marcham, venisset
exercitus. Item paulo inferius ijs, qui ad
Marcham Hispaniæ mittendi erat, quid

vel qualiter agere deberent imperauit.
 Paulò item superius hæc sunt scripta: si
 "perator Helisacharem præbyterum, &
 "abbatem, & cum eo Hildebrandum, at-
 "q; Donatum comites ad motus Hispani
 "ce Marchæ cōponendos misit, ante quo
 "rum aduentum Azyo Saracenorum au-
 "xilio fretus multa eiusdem limitis custo-
 "dibus aduersa intulit, atq; assiduis incur-
 "sionibus in tantum fatigauit, ut quidam
 "illorum relictis, quæ tueri debuerant ca-
 "stellis, recederent: defecitq; ad eum Ba-
 "ræ seu Beræ filius Villemundus, necnō
 "& alij complures nouarum rerum genti-
 "litia leuitate cupidi. Iunctiq; Saracenis
 "Ceretaniam, & vallensem rapinis, atque
 "incendijs quotidie infestabat: cumq; ad
 "fedandos, ac mitigandos Gotorum atq;
 "Hispanorum in illis finibus habitantium
 "animos Helisachar Abbas cum alijs ab
 "imperatore missis multa, & propria indu-
 "stria, & sociorum consilio prudenter ad-
 "ministrasset: Bernardus Barcinonæ co-
 "mes Ayzonis insidijs, & eorum, qui adeū
 "defecerant, calliditati, & fraudulētis ma-
 "chinatio

chinationibus pertinacissime resisteret, "
 atq; eorum temerarios conatus yetitos "
 efficeret, exercitus a rege Saracenorum "
 Abdiramano ad auxilium Ayzoni feren-
 dum missus Casaraugastam venisse nū-
 ciatur. Ex his tam multis a nobis ex li-
 bris Annonianis citatis locis liquido cō-
 stat nostram hanc regionem nūquā Go-
 taloniā, sed Hispaniam, aut marcham
 Hispānicam, aut partes limitesq; Hispā-
 niæ, aut fines regni Aquitanici fuisse tem-
 potibus illorum francorum regum no-
 minatam. Marchæ porrò nomen Goti-
 cum esse facile est suspicari, ex qua qui-
 dem dictione Marchionis nomen est de-
 riutatum, vt sit nimirum Marchio, cui ali-
 qua sit marcha tradita, & commissa cu-
 stodienda, & gubernanda. Marcham ve-
 rò limites, seu portū interpretātur, vn-
 de marchiones illi putātur esse, qui Gæ-
 ce dieuntur liminarchæ, hoc est portuū,
 seu limitum regni custodes, & guber-
 natores. De his verò sic loquitur historia
 Annoniana libri quinti ea.2. Accersiuit
 filium iam bene equitantem cum omni
 populo

„ populo militari reliquis tantum Marchio
 „ nibus, qui fines regni tuentes omnes, si
 „ forte ingruerent, hostium arcerent in-
 cursus. Hos autem Marchiones libri quar-
 ti cap. 113. custodes limitis hispanici no-
 minat: interea, inquietus, Pipinus Rex si-
 lius imperatoris, ut iussus erat cum suis
 optimatibus, & Hispanici limitis custo-
 dibus Aquisgrani venit. Hos autem Mar-
 chiones non alios, quam comites ipsos
 huius nostrae regionis, par est intelligere.
 Non quod nesciam diuersos esse titulos
 Marchionum, comitumq; sed eam histo-
 riā Annoniam comites interdum mar-
 chiones appellare declarant verba eius-
 dem libri cap. 109. vbi legimus: Comites
 Marchæ Hispænicæ trans Siccam flu-
 uium in Hispaniam profecti vastatis a-
 gris, & incensis quamplurimis villis, & ca-
 pta non modica præda regressi sunt. Nā
 cum Marchæ Hispænicæ comites nomi-
 nat, & comites pro Marchionibus, &
 marchiones pro comitibus accipi sole-
 re manifeste demonstrat. Totam igitur
 prouinciam, hoc est Hispaniæ partem
 illam

illam, quæ ditionis regum Francorum
 facta fuerat, Marcham Hispænicam fui-
 se dictam est hinc quam exploratissimū.
 Eiusdem autem lib. 4. Historiæ Anno-
 nianæ cap. 85. Barcinona, inquit, civitas
 in limite Hispænico sita, quæ alternan-
 te rerum euentu nunc Francorum, nunc
 Saracenorū ditioni subiiciebatur; tan-
 dem per Zatinam Saracenum, qui tum eā
 inuaserat regi Carolo magno reddita
 est. Marcham ergo Hispænicam, limi-
 temq; Hispæniæ cùm Barcinonem, tum
 etiam Catalonia nostram veterem di-
 citam manifestum est tum extitisse. Ve-
 rum enim uero cum Historiæ Annonia-
 næ dicat ad sedandos, & mitigandos Go-
 torum, & Hispanorum in illis finibus ha-
 bitantium animos: est quidem animad-
 uersione dignum, ut quinam sint intel-
 ligendi hi Goti, disquiramus. Etenim
 Annonius omnes habitatores huius
 tum Prouinciæ videtur ille quidem
 Gotos, & Hispanos solum appellare.
 Vbi ergo erant Catalauni? Et Goti
 illi quinam quæso sunt accipiendi?

Gctalani nimirum dicēt illi, qui nos Catalanos contendunt ex Gotis & Alanis denominatos. Sed, si id est admittēdū, Hispani quādam erunt existimandi Non ne Gotalani, qui, vt horum fert opinio, ante aduentum hostium fidei Afforum in ipsa viuebant Híspania? Nōne ipsi Hispani sunt intelligendi? Verum, cum fusōri oratione hæc indigeant, nouo quodā sumpto principio de eis agamus.

C A P V T . I S

NON sum quidem nescius Annoniana verba illa varias in partes trahi posse, multisq; sensibus accommodari, quantumcunq; sint illi inter se diuersi. Etenim nonnulli scriptores video, inter quos noster est Carbonellus, noster etiam Frāscus Tagifa, qui scribunt nostram hanc regionē Catalonię vocatam fuisse olim Gotiam. Quām obrem hoc in loco Gotos nō versuntur Gotalano Hispānæ gentem quandam

quandam interpretari. Hispanos autem dicent eos, qui non ex progenie Gotorū erant, sed ex antiquis Hispānæ habitatoribus, qui ante Gotorum ingressum incolae erant: progenies videlicet foenicum, Carthaginensium, Gæcorum, ac Latinorum, aliarumque antiquarum gentiū quæ narrantur in Hispaniam incolendā diuersis etatibus venisse. Verum nostra longe alia est sententia. Gotos enim non intelligendos esse Gotalanos eos, quos hi volunt, cōcedenius. Non enim apud Annorianam Historiam hi Goti, de quibus Annorius loquitur, ipsius Hispānæ gens aliqua erat, sed gens potius Galliæ. Est enim apud hunc scriptorem Gotia Gallia illa Narbonensis. Quare Goti illi, & Hispani in illis finib⁹ habitates, in quibus res Azyo Visigotus turbabat, sic sunt inter se, nostra vt fert opinio, distingue di, vt Hispāni intelligantur hi, qui Saracenis seruerat & e seruitute illorum fuerant liberati: Goti verò Galliæ Narbonensis homines, quibus reges francoū post captam Barcinonensem hæc regionem

Francisci Calça

nem, & partem Hispaniae inhabitandam dederant. Quamobrem & ipsos Catalanios Aquitanicos Gotorum illorum nomine contenderim esse comprehendendos. Etenim cum in Aquitania inter Gotos ipsos viuerent, & ex Gotis & Alanis dicti Catalauni a multis credantur, Gotorum nomine ab Annonio significantur. Et quamquam hi, qui Aquitaniam obtinebant, Visigoti vocarentur: tamen frequenter dicuntur Goti ab Historiographis, & Gotorum nomine intelliguntur. Quas ob res Hispanos apud Announium homines natos in Hispania, illicque altos & educatos accipiemus, tam quidem eos, qui venerant in Saracenorum potestate, quam aliquot alios, qui sese munita aliqua in loca subduxerant: Gotos vero illos, qui ex Gallia Narbonensi, & Aquitania cum Ludouico in Hispaniam ingressi fuerant, aut cum alio franco exercitu, & quibus reges Francorum oppida expugnata, e manuque Saracenorum recepta custodienta, & administranda tradiderant. In hunc enim modum

de Catalonia. lib. i.

70

dum loquitur de his Annonius libri 5. ca. 4. Potro post haec Bara, seu Bera comite Barcinoni ob custodiam relieto cum Gotorum auxilijs hyemant gratia ad propria remeauit. His ergo verbis cum Annonius assertat haec Gotorum auxilia Barcinoni custodienda relieta urbem iam in potestate regis frâcici positam firmorem reddidisse: Par quidem esse videtur ut intelligamus cæteras vrbes, atque oppida, ac caltra, quæ in potestate illius regis venerant, similibus Gotorum auxilijs redditâ fuisse firmiora. Verum enim uero haec Gotorum auxilia quid aliud suspicabimur fuisse, quam Gotos ex Aquitania, & ex Gallia Narbonensi cum Francisco exercitu ad inhabitandam hanc regionem transmigrantes? Et gotiam cur nostram ipsam Hispaniam dictam credemus? Liquidum enim constat apud Annonium, & alias Gallorum Historias Gotiam Galliam esse Narbonensem, & ipsam etiam Aquitaniam. Quare Bernardus comes creatus post comitem Baram, seu Beram Barcinone, deinde ad custodiam

Francisci Calça

diam regis Ludouici vocatus Marchio
Gotiæ scribitur ab ipso Annonio fuisse
factus: tempore nimirum illo, quo Barci
nonis comes Vuifredus erat ille, quæ no-
stræ historiæ primum tradunt Barcino-
nis fuisse comitem. Cum hoc ergo tem-
pore Marchio Gotiæ esset Bernardus: Go-
tia non hæc Hispania, sed Gallia illa Nar-
bonensis erat intelligēda. Annonius pre
terea libri quarti cap. 114. Defecit, inquit,
ad Ayzonem & filius Baræ seu Beræ no-
mine Villemundus, nec non & alij cō-
plures naurarum terum gentilitia leuita-
te cupidi. In his verbis gentilitiæ leuitatis
gentem indicat, quæ sit solita nunc stare
pro frāncis regibus, nunc contra frācos
rebellare. Hoc autem propriū fuisse Go-
torum Aquitanæ, Galliæq; Narbonensis,
& Annonias, & alij scriptores notum fa-
ciunt. Goti enim Aquitanici contra Ca-
rolum Martellum regem Cordubæ Ab-
derramenum in Gallias acciuerant: Go-
ti verò Narbonensis Galliæ regem Athi-
num in urbem Auenionem, atq; Nar-
bonam aduocauerant. Idem ipsi vtriq;
Goti

Goti septies contra Pipinum Caroli Ma-
gni parentem traduntur rebellasse: con-
tra verò Catolum Magnum Hunoldus
Aquitanicus: contra Ludouicum Ayzō
ipse. Quamobrem cum tantam experi-
rentur francorum reges in plerisq; Go-
tis infidelitatem: verisimile videtur esse
inter omnes Gotos Catalaunorum emi-
cuisse fidelitatem, illorumq; proinde gē-
tem maxime omnium cultam, & proba-
tam excreuisse adeò, vt vniuersa hæc re-
gio ab his acceperit nomen, simusq; pro-
inde nos ex majoribus illis nostris Cata-
launis dicti, vt nunc dicimus, Catalani.
Verum enim uero cum in libris multo-
rum scriptorum ordinis non inferioris
nos scripti legamus Catelani secundam
syllabam e vocali obtinente, minime ve-
ro Catalani: aliunde potius videri possu-
mus denominati, quam a Catalannis.
Quamobrem haud quaquam dissimula-
ri debet vel a Castellis, quæ sunt in hac
parte Hispaniæ vel Liuio teste innumera,
vel a populo antiquo Castellanorum, cu-
ius Ptolemaeus meminit, placere aliqui-
bus

bus nos vocitatos esse Catelanos. Etenim si initio dicti fuimus Castellani: Deinceps quam facile fieri potuit, ut dicere mur Catelani. Præterea si Hispanæ ultioris virti Castellani ex quibusdam Castellis sunt denominati, Et Hispania ipsa ultior Castella, & vulgo, Castilla: cur nos vel a nostris antiquis Castellaniis, quos Ptolemæus in hac nostra regione collocat, & virti docti populū ducat? Cardonæ interpretantur, vel a Castellis tam multis non fatebimur appellatos fuisse nostros maiores Catelanos? Etenim si illi Hispani, qui in aduentu Saracenorum sese in Castella recipientes, strenueq; pugnantes efficerunt, ut francicus huc veniret exercit^r, regioq; hæc nostra à servitate Maurorum liberaretur, ex suis tam multis Castellis Castellani suere vocati: nos quidem nomine videmur proculdubio inde accepisse, ut nunc dicamur Catelani. Quamobrem cum hæc nobis sic ad manum esse poterant, nō erat, cur in alijs sententijs examinandis distorquere mut tantopere, ac moraremur. Verum

cñim

enim uero cum liberum esse omnibus velim in hac tam obscura, & cōtrouersa quæstione decernere quēmq; iuxta animi sui sententiam: nemini velim molestatum, ingratumq; esse, quod nos hanc opinionem non amplectamur. Etenim multa sunt, quæ id fieri prohibeat: fama primum nostræ gentis, quæ ab Augerio Catalone viginti quinque millia Catala notum ex Aquitania huc ducente nos dictos Catalanos commemorat. Hæc porro cum vna perpetuoq; constans, ac nunquam euariata ad hæc usq; tempora perseuerauerit; procul hinc iubere facta videtur hanc tam præter opinione nostrum omnium etymologiam. Quid enim Laurentius Valla vir alioqui tam de bonis litteris benemeritus, quid alij sexcenti virti eruditissimi, ille quidem cum suo oppido Catalone, alij verò cū suis Gotis, & Alanis; Quid quæso apud nostram gentem consequuti sunt? Numquam gens nostra recedere veteri ab opinione, sententiaque voluit. Quamobrem hoc argutum cuiuscunq;

primum

Francisci Calça

primum extiterit commentum (neminē enim lacerari, ac damnari mea oratione velim) nullum periculum est, ne gens nostra, vt veritatis manifestae promptuariū admittat, amplectetur, ac sequat̄. Deinde illi, qui se loca in tutissima receperunt, non castella, sed antra quædam videntur potius occupasse, in illisq; latuisse. Quid? loca munita apud nos omnia castella appellantur? nonne sunt fortia? nonne sunt battitæ? nonne sunt fortalitia? licet quæ so m̄hi verba ipsa ponere, quibus maiores nostri vsi fuisse deprehenduntur. Cur igitur a quibusdam locis quibus nomen fuit Castellorum, quam ab antris, a bastitis, a fortalitijs, a forcisq; illi singētur Castellai dē nominati? an quia a Castellis potuerint dē nominari, propterea denominati. Maiores nostri Castellani iudicabuntur? Hispaniæ vltorioris homines a Castellis Castellani sunt denominati, ergo & Hispaniæ citerioris incolæ ad eundem modum sunt a Castellis Castellani, deinceps verò Catelani existimandi nominati? Hæc quidem vera futura etant, si causa

de Catalonia lib. I.

causa par, eademq; ratio utrobiq; viget. Illi nullas alias causas habent, cur potuerint Castellani videri vocati, præterquam Castella quædam urbis Burgorū: nos verò habemus causas innumerās, & maxime probabiles, cur Catalani, & non Catelani simus vocādi. Quid autem nos huc adferre quæ haec tenus enarrauimus iuuabit, si, qui legerint superiora, nō sexcentas alias causas nostri fuisse nominis fateantur? Et a Castellanis quidem, qui putantur Cardoniani tractus esse populi, vocati esse non possumus Catelani. Et enim omnia illa Castella corruiſſe cōstat ad aduentum Saracenorum. Nam, vt refert Annonius Carolus cognomento Magnus ordinans illo tempore in finibus Aquitanorum circumquaq; firmissimam tutelam ciuitatem Ausonam, Castrum Cardonam Castastram & reliqua oppida olim deserta communiuit. Si igitur in aduentu francici exercitus deserfa fuere hæc Castella, qui potuere esse h̄i Castellani a quibus nos simus denominati Catelani? Præterea Castella, si vlla

k fuere

Francisci Calça

fuere illa tempestate, cum mauri huc inguerunt, omnia deprehenduntur venisse in potestatem Saracenoū, præter paucissima montis ipsius Pyrenæi. Quamobrem multò fuit difficultor huius nostræ prouincie recuperatio. Iam quis illud non videat ulteriorem Hispaniam propterea vocatam Castellam, quoniam apud urbem Burgos in quibusdam munitissimis Castellis sese quidam a Saraceno rum inuasione tutati lunt. Quia et illi merito Castellani potuere vocari, & regio Castella castellarum, & deinde per declinationem primā Castella Castellæ, vulgo, Castilla. Et cum in initio comes esset Castellæ creatus, & Rex Nauarræ progressu tempotis illum comitatum per uxorem suisset consequutus, & filium natu minorem, Ferdinandum vocetum, regem Castellæ creasset, Ferdinandus vero rex Legionensis per uxorem itidem factus suisset, euenit, ut magis placuerit nomen Castellæ quam Legionis, indeq; solum Castellæ nomen utraq; regna cōprehēdit. His vero regnis cum addita fuerint alia

quam

de Catalonia lib. i.

74

quā plurima, semper Castellæ nōmē solum remanens vniuersam viteriorem Hispaniā dēpta Portugallia suo significatu expressit: nō ob aliud quidē, quam quod vniuersa hæc Hispania in ditionē venerit eius, qui rex Castellæ erat nominatus. At in hac nostra Hispania citeriore, quæ & Tarragonensis appellabatur, horū nihil simile contigit. Nulli enim Castellani imperium solum habuisse reperientur apud nos, qui porrogantes illud vniuersæ regioni dederint nomen. Nam si id cœnisset, quemadmodum ignari rerum nostrarū aliqui forte contendent, a Castellanis facti nostri homines Catelani regio nē vocari possent Catelaniā. At vero regio semper dicta deprehenditur Catalonia, nō ergo a Castellanis sumus existimādi nōmē hoc nostrū traxisse. Etenim si proprietatem nostri sermonis anima iuertimus: a castellaniis nos nō solemus formare Catelanos, sed utiā superius annotam⁹, Castianos, atq; inde Carianos, & a Castellanis nō Catalonia, sed Castellaniā deinde Castianiā, & Carianiā deriuamus.

K 2

Quam

Francisci Calça

Quamobrem cum Cataloniae nōmē nūla ratione patiatur nos a Castellis posse denominari Catelanos; causam aperiāmus, cur tamē pāssim scripti reperiamur Catelani. Et vero tanti momenti hoc argumentum nominis Cataloniae putandum est esse, vt causa nulla alia sit existimanda mouisse superiores nostros Catalanos, vt Cataloniae nōmen ab Augerio Catalone contenderent esse deducendum. Etenim optime nouerant nostros maiores ab Aquitania cum Augerio illo aduenisse, & Catalanos, seu Catalaunos illic fuisse vocitatos: sed quoniam a Catalonia facienda erat Catalonia, nō autem Catalonia; propterea nūspiam commodius putarunt nōmen Cataloniae deduci potuisse, quam a duce Catalone. Quare cum optime cōstaret illis nostros maiores antiquissimos Catalanos fuisse nūcupatos, si tamen in Cataloniae nomine bene detinuando tantopere turbatis sunt, quanto magis illos perturbari oportuīset in Catalanorum dictione? Et quidē Catelani non a Castellanis quidem, sed

a Cate

de Catalonia. li. i.

75

à Catalanis demutata dictione dicimur ab aliquibus, nimirum a Valentiniis. Etenim Valentiniorum hoc peculiare est, vt e loco, a multis in locis pronūncient, & scribant: idq; adeo vrget, vt & ex nostris plerique idem ad exemplum illorum faciant. Iam ergò quando Alfonsus Aragonius rex quartus Neapoli viuebat, turba magna vitorum eruditorum, qui aulam illius regis frequentabant, multum consuetudinis cum Valentiniis habebat, vtpote maxime bonarum litterarum studiosis. Et cum a Valentiniis nos dici Catelanos viderent: inde effectum fuit, vt in doctorum plerorumq; scriptis Catelani pro Catalanis nominemur. Quamobrem cum veram huius scriptoris causam videamus: non est cur de Catalaunis Aquitanicis maioribus nostris existimādis sententiam commutemus.

C A P V T. 16.

k 3 Quoniam

 Vniā autem ex Aquitania,
ac proinde ex Galliæ Catalau-
nis maiores nostros profectos
huc transmigrasse contendis-
mus: querendum videtur de Idiome
Catalanorum antiquorum, è quo hoc
nōstrum, quo vniūt, tametsi valde im-
mutatum, estum tamen habuisse negari
haudquaquam possit: querendum, in-
quam, videtur, consentiēne fuerit cum
sermone illorum Aquitanicorum, & cā
pis Catalanicis vicinorum Gallorum,
an magis cum alijs Galliæ sermonibus
cognitionem habere illud quidem de-
prehendatur. Et vero dicturos sat scio
continuo plerosq; nostrum massiliens-
es, & Occitanæ linguæ populos omnes
magis similem linguam habere lingue
nostræ, quam illos Aquitanicos, idque
adeo, vt ex provincialibus Massiliensi-
bus potius, & ex Occitanæ lingue homi-
nibus nes hunc sermonem consequi,
quam aliunde simus existimādi Quam-
quam enim illos, Galli cum sint, ex Gal-

lorum

lotum aliorum commercijs multa Gal-
lica verba habere oportet; sic tamen in
loquendo nobiscum illi consentiunt, &
nos cum illis, vt pene vnius gentis, ac na-
tionis utriusque esse videamur. Verum e-
nim uero si rem ipsam altius repetimus,
& sermonem illum primorum Catalan-
orum, qualis extiterit, consideramus:
noster antiquus ille sermo cum sermo-
ne Aquitanicorum consentire maxime
iudicabitur. Hoc autem vel ex eo mani-
festum omnibus potest esse, quod anti-
quus noster sermo non Catalanicus,
vt nunc nominatur, non provincialis, sed
Limosinus fuit appellatus. Id vero eue-
nisse non ob causam aliam credi par est,
nisi quod eorum erat hominum sermo,
qui Limosini dicuntur. Limosini por-
ro sunt, aut qui Limosium oppidum in-
colant Electensis diæcesis, aut qui sunt
Lemouices, vulgo dicti, Los de Limo-
ges. Lemouices vero illi ipsi sunt,
qui vicini erant Catalanis Aquitani-
cos, & cum hi Lemouices Limosini,

K 4 vulgo

Francisci Calça

vulgo nunc etiam vocentur, & Limosinū oppidum colonia horum sit exitimanda, & nam propterea nostrum antiquum sermonem Limosinum vocauimus, quoniam idem esset, atq; sermo ipsorum Lemouicum: hæc certe res yna inter innumeras argumento nobis maximo videtur esse ad opinandum nostros maiores Aquitanicos fuisse Catalaunos. Etenim a Limosio oppido Electensis episcopatus noster sermo Limosinus haudquaquam potest esse vocatus: propterea quod Limosium oppidum non peculiarem si bivulum sermonem habeat sed communem vniuersæ linguae Occitanæ. Quare nulla causa est, cur ab uno oppido, ac non a tota prouincia nomine debeat accipere. At vero si a Limosinis Lemouicibus dicatur nosler antiquus ille sermo vocatus Limosinus: id propterea factum intelligemus, quoniam in illo solo, in quo fuerant olim Catalauni, nunc non alijs existent, quā Lemouices, seu Limosini. Sed quid de illo antiquo nostro sermone Limosino vocato dicam? Idem ne per yniuersam

de Catalonia. lib. i.

77

versam Catalonia putandus est extitisse? Minime gentiū: sed solus sermo Emporitanorū Germanus fuit Limosinus. Rossellionēs enim cū populis Occitanæ linguae, vt nostra tempestate, ita olim deprehenduntur valde similem sermonem habuisse. Emporitanorum autem antiquissimus sermo hic ipse est, quem Limosinum verum ac Germanum nominamus. Cum enim Catalauni, non cū villa alia gente committi in Emporitano agro consederūt: in alijs verò Cataloniae partibus Catalauni quidem habitarunt, sed cum alijs gentibus committi sermo syncerus Emporitanorum fuit, aliarum verò partium Cataloniae non item. Alię enim partes a Gotis, & gentibus Occitanæ linguae contaminatae, alię verò a viciniis Aragonēsibus, Alię verò ab antiquis Hispanis ac ab alijs etiam gentibus confusae idioma Limosinorū atq; adeò antiquorum Catalaunorum haud quaquam exprimere perfecte, consumateq; potuerunt. Proinde nostra tempestate Virgelleſes, & Ibericēſes, seu Dertulani valde dif-ferentes

Francisci Calæa

ferentes in loquendo reperiuntur ab ipsis Emporitanis, & hi valde suat diuersi a Rossellionensibus. Nos verò Barcinonenses siti in medio inter Emporitanos, & Virgellenses ab utrisq; atq; adeò ab omnibus alijs Catalanis maxime opere discrete pamus. Quamobrem si ad antiquum Catalanorum idioma recarimus, a quo nunc protsus videmur abiisse, si tamen recurrimus ad illud, cum non Provinciale, non Narbonense, nō Tolosanum, non Galicum dicatur, sed Limosinum: reddit manifestum nobis hæc Limosini sermonis appellatio, vnde credere nos oporteat denominatos fuisse Catalanos. Quare illud nuac querendum videtur retinare, ac inuestigandum, cum nomen Cataloniae cœpit hæc regio habere, qua ratione, quoue modo id euenetit, consensu proceruni nostræ gentis id ut fieret decreatum, an regis alicuius Francici decreto, & iussu, an verò comitis Barcinonensis constitutione aliqua, an potius fortuita aliqua, & temeraria causa alijs ut sit in nominibus? Simul autē atq; fuerit

de Catalonia. lib. I.

76

fuerit a nobis de ea re disputatū agemus de comitibus, principibus Cataloniae nominatis, propter quos dictus est principatus Cataloniae, qui primi omnium illi fuerint, quotue primū: ac (quod maxime presentē ad rē facit) fuerintne Catalatini, & Aquitanici, an alterius nationis existimandi. Et verò quoniam ex historijs ipsis id nobis constare non potest, recurrē dum videtur ad divinandi, atq; per conjecturas, & argumenta quedam coniectiē dī viam, & rationem. Et quidem qua ratione factū sit, vt nomen nouū hæc pars Hispanie acciperet, Cataloniae; nomina retrur, siex historijs nos cognoscere oporteat: nihil illę quidē nobis adiumenti sunt allaturae. Etenim neq; Gallorū libri vlli, neq; Italorū, aliatūve gentiū quicquam ea de re in se continent, quo possimus in hac questione veri aliquid comprehendere, præter hoc vñ, nimirū ex decreto regū Francorū nūquam fuisse constitutum, vt hæc regio nomen huiusmodi haberet. Quod si ad nostros venimus Historiographos, ad nostrasque leges antiquas, simul

mul & illud constabit non comitis ullius
sanctione aliqua, non procerum nostræ
gentis decreto nomine fuisse huiusmodi
positum huic nostræ regioni. Verum e-
nimuero quid de Petro nostro Tomico
dicam? cui visum fuit nominis huius au-
torem fuisse Carolū cognomento Ma-
gnū, qui in memoriam Augerij Cata-
lonis hanc regionem decreuerit dici de-
bere in posterum Catalonia? Hic etiā
cum Philomenam quendam Caroli Im-
peratoris a secretis citer, apud plerosque
nostræ gentis homines, multum auctori-
tatis in ea re, & assensus est assequutus.
Sed quoniam ille cum suo Philomena
parum prudens in illis dicendis habetur,
quæ ad nominis huius etymologiæ per-
tinent: cum præterea omnes actus ipsius
Caroli scriptis Philomenæ contradicat,
in quorum plurimis de hac nostra regio-
ne Carolus loquens nomine Hispaniæ
eam semper designat: adduci cogimur,
vt existimemus, neq; regum, neque co-
mitum, neq; procerum decreto ullo fa-
ctum, vt pars hec Hispaniæ vocata sit Ca-
talonia

talonia. fortuitam igitur, temerariamq; a
liquam causam, cum aliam adferre ne-
queamus, par est, vt indicare solerti quo-
dam inuento annitamur. Et verò duæ
videntur inter omnes potissime statuen-
dæ causæ, altera quidem nostrorū homi-
num, altera vero externorum. Etenim
cum Emporitanus tractus solos haberet
in initio Catalaunos, eosq; cum nullis a-
lijs permixtos, aliæ vero partes huius no-
stræ prouinciæ Gotos multos haberent
ex Narbonensi Gallia huc præfectos, ali-
quos Prouinciales, aliquos Sardos, aut
Sardanos, a quibus traditur progressu
quodam temporis denominata Sarda-
nia ea, quæ prius Ceritania vocabatur: A
liquos item antiquos Hispanos, aliquos
Germanos, aliquos tandem gentium a/
liatum: fieri videtur ex eo potuisse vt Ca-
talauni soli nomen proprium inter om-
nes tum haberent, & proinde regio eo-
rum Catalonia dicitur primum, & de
inceps Catalonia. Hoc verò nomē cum
semel receptum fuerit, & Catalauni sen-
sim sese per vniuersam hanc Hispaniam
effude

Francisci Calca

effuderint, & suum sermonem dissemina-
uerint: effectum videtur, vt peculiare no-
men cuiusdam partis commune effetto
ti huic prouinciae. Altera item est causa
in Gallis ipsis in Aquitania relictis consi-
derada: vt cum tam multos Catalaunos
ab Aquitania huc venisse viderent, illi au-
tem ad eos visendos, aut ad viuencū cū
illis hac se conferre vellent, cæperint di-
cere sese ad Catalaunos sitē, non autem
ad Hispanos, atq; inde enenisse videtur,
vt illi ipsi cæperint regionem appellare
Catalauniam, ex illorumq; Gallorū ser-
mone prima ratio nominis huius facien-
di sit profecta. Et quod de huiusmodi
quæstionis discussione dicendum nobis
occurrit, tantum est.

C A P V I . 17.

 Voniā autē ex duabus supradic-
tis causis dñsiderati potest, vtra
mihi verisimilior appareat de-
clarari: non verebor illud affe-
rere ab ipsis in Gallia relictis Aquitanicis
yideri

de Catalonia. lib. r. 80

videti potius, qā ab ullis alijs hominibus
factū hoc nomen Cataloniae fuisse. Ete-
nīm hac nostra tempestate cum vna Ca-
talonia putetur esse hæc nostra regio: A-
quitaniici tamen homines in plurali illi
quidem numero Cataloniae appellant,
vulgo nimirū dicentes, Las Catalunyas.
Id autē cū alibi nō fiat argumēto maxi-
mo fuerit nomen id ab illis Aquitanicis
nīx factū fuisse regioni. Etenim cū illi vi-
derūt post primā Catalonia, quę sese dif-
fundebat ē saltu Pyreneo ad flumē vsq;
Rubricatū, adiectā fuisse alteram Catalo-
niā ē Rubricato fluvio extentā, vsq; ad
Aragoniam, ac Valētiām: hanc totā pro-
uinciam Cataloniae perpetuo vocarunt
Les Catalunyes vulgarisuo sermone eas
appellentes. Hoc autem cur illi soli face-
rent, nisi factores primi nominis Catalo-
niæ illi ipsi extifissent? sed iam his vñtere
iussis de cominibus, vt propolumus, per-
tractemus. Et comites quidem nouem-
ne sint a Carolo Magno creatum toti-
dem Vicecomitibus & Vatuassoribus:
quēadmodum Petrus Tomicus nobis
suis

suis in Historijs ex quamplurimorum & liorum nostratum scriptorum opinione, & sententia exposuit, venire sane potest maximam in controv ersiam. Illud tamen extra omnē procul dubio dubitationem est, nouem comites aetate Caroli Magni nunquam in Catalonia extitisse. Primum quoniam illius regis aetate Catalonia non ultra flumen Rubricatum protendebatur: quamobrem Tarragonensis comes nullus vspiam gentium extare poterat. Bisulcunensis porrò Comes nullus vspiam tum legitur fuisse, cum presertim Ermengaudus comes Emporitanus & Rostagnus Gerundensis comes vniuersum tractum episcopatus Gerundensis occupasse tum videri possint. Et cū Rhostagnus hic comes Gerundæ fuisse regnante Carolo Magno in Gallicis historijs legatur: in numero verò illorum nouem comitum non a Petro Tomico recessatur: manifestū profecto fit omnibus Petrum nostrum Tomicum in hac parte, ut in alijs multis, fuisse hallucinatum. Iam in Ceritania nullus videtur comes potuisse

de Catalonia. lib. i. 87
tuisse eo tempore extare. Etenim si Er-
mengaudus a Montecatheno, quemadmodum noster ipse Tomicus asserit, Vt
gellenis comes erat, utpote dux, prin-
cepq; omnium Catalaunorum saltum
Pyrenæum occupatum, Sardaniā ve-
rò seu Ceretaniā in eo saltu occupatā
quoq; tum fuisse a Catalaunis Tomicus
idem ait: ea tempestate manifeste constat
vnum eundemq; fuisse Vrgelli, & Sarda-
niæ comitem, qui etiam & ipsarum, vt
alias dictum est a nobis, Emporiarum, &
tractus totius Emporitani. Cumq; in li-
bris Gallicarum historiarum comes Au-
sonæ Borrellus tradatur Carolo rege, at
que etiam Imperatore adhuc superstite
fuisse: Rhostagnus verò Gerundæ: Er-
mengaudus autem Emporiarum, & Ba-
ra ille Gotus, seu Bera Barcinonis: & pre-
ter hos nulli alij (etiam & de Palearien-
sium comite valde obscurum est, an eo
tempore ullus vspiam fuerit, propterea
quod Palearenses videntur tum ad Er-
mengaudum illum principem Catalau-
norum pertinuisse) quæ a Tomico no-

stro tradentur de nouem comitibus tū
a Catolo Magno Imperatore creatis in
Catalonia vidētur quidem in quam ma-
ximam quandam venire quæstionem.
Et quamquam Tomicus non auctor hu-
ius esse historiæ videatur, sed Philome-
na ille, qui se se a secretis Carolo Magno
adfeisse attingere minuit tamen uterque
maximopere contradicentia libris scri-
ptorum eiusdem historiographorum a-
liorum dixisse reperitur. Et quoniam de
his fusione oratione hic nobis disputare
nō licet id sumum maneat potuisse qui-
dem Carolum Magnum in nouem co-
mitatus hanc nostram regionem distri-
buisse, quemadmodum Philomena ille
nobis apud Tomicum tradit, verū enim
uerò rerum successus hanc distributio-
nem numquam comprehendetur admissi-
se. An autem consequentium regū Fran-
corum statibus id euenerit, vt nouem
sufficiat Episcopi, nouem Comites, toti-
dem Procomites, totidem Comitores,
ac totidem Vasassores: id hoc loco tra-
stantum non recipimus: dabitur alio tē-
pore commodior id faciendi opportu-

de Catalonia. lib. 7 82.
nitas. Quamobrem ad ea, quæ huius prō-
pria sunt loci, recursumus. Quoniam er-
go constat Catoli magni uxo Ermengaudum fuisse comitem Emporiatum;
Rhostagnum comitem Gerundæ, Bor-
rellum Ausonæ, & Beram seu Berani co-
mitem Barcinonis: Ludouici verò tem-
pore Bernardum Barcinonis fuisse comi-
tem primum post ipsum Beram, & dein
de quendam Uaifredū, quæ gens nostra
Guifre appellat nonnulli Iaufredum no-
minandum patant, aliqui Godofredum:
quæramus, hi fuerint ne Catalauni, an al-
terius nationis. Et de Ermengaudo qui-
dē Emporiatū comite aliud primū om-
niū querendū videtur, fueritne is Ermē-
gaudas ille a Montecistheno Arnaldi co-
mitis filius, quæ Tomicus ait comitē Vr-
gellensem extitisse, & sine prole villa super-
site deceplisse. Nā, si idē fuerit, facile erit
aperire, cuius nationis sit fuisse existiman-
dus. Et quoniam multum nostra refert
eundem fuisse demonstrare; primū om-
niū id videatur esse expediendū. Etenim
si dē nō est, & Catalauni hunc Ermēgaud

Francisci Calça

dum a Monte Catheno ducem, principē comitemq; Vrgelli, vt afferit Tomicus, habebant: ille alter Ermēgaudus temporebus Caroli Magni, atq; etiam Ludouici filij huius, qui potuit cum Catalaunis Emporitanum tractum occupantibus comes Emporiarum existere? Quamob rem cum ex fama antiquissima a maioribus nostris ad nos vsq; perseverante cōstet, post Augerium illum principem, & eius obitū in ipsa vrbis Emporiarum obsidione ducem creatum Catalaunorum quendam hercēm familie illius, cui a monte quodam Catheno factum fuit nomen, atq; huius filium, aut nepotem Ermengaudum a Monte Catheno nominatum comitem Vrgellensem dictū imperium eorūdem Catalaunorum habuisse: negari ratione nulla potest, si totus Emporitanus tractus ad aduentum Francici exercitus in potestatem Catalaunorum venerit, hunc cundem Ermēgaudum a Monte Catheno cognominatum comitem tum Vrgellensem, comitem quoq; Emporitanorum factum extitisse

de Catalonia li. i.

89

extitisse. Quod quidem si datum fuerit, quemadmodum dandum proculdubio videtur: hunc Ermengaudum Emporiarum comitē a rege Carolo Magno creatum haud verebimur Catalaunum nominare. Etenim inter Catalaunos natus, ac nutritus, & ex Catalauna matre genitus, atq; etiam fortassis & ex Catalauno patre cur nō Catalaunus habeatur? Esto, Germanus fuit ille, qui cū Augerio principe aduenerat. Esto, ex Boaria, hoc est Bavarus profectus ad oppidum Catalaunum venerat: filius huius, nepos, atq; alii posteri cur non Catalauni habebuntur? Et de hoc Ermengaudo quidem non video cur non Catalaunum fuisse debeamus iudicare: De Rhostagno verò Gerū dæ comite plane, quid loquat, haudquam habet. Sic & de Borrello Ausone comite potuere illi quidem Goti Galliæ Narbonensis esse. Bata autem seu Bera comes Barcinonis, atq; Bernardus in ei⁹ locum postea sufficitus mihi Goti fuisse ex Narbonensi Gallia apparent. At Vulfredus alterius Vulfredi Pilosi pater pro-

culdubio mihi Catalaunus videtur esse appellandus. Et per eum quidem factū dixerim, vt Catalauni, qui in solo traectu Emporitano confidebant, & saltu Pyrenaeo, sc̄e per vniuersam Cataloniaē sensim sparserint, & tandem nomen Cataloniaē vniuerse dederint regioni. Vulfredum igitur illum omnes dant incolam fuisse confluentanę regionis dominum Castri Riani. Conflueas autem cum nō ad Rossellionenses, sed ad comitem Sarthanię, seu Ceritanię pertinuerit, qui comitatus Cataloniaē, non Gotorum Galliaē Narbonensis erat: dicere iure possumus, cum Cataloniaē confluentis regionem occupatam sibi habuisse dicantur, Vulfredum illum Confluentis incolam Cataloniaē quoq; exiitisse. Hæc si vera non essent, lingua illa Cataloniaē, quomodo in hanc urbem, in huncq; traectū Barcinonēsem peruenisset? Sed quoniam Cataloniaē ille erat, sic Barcino facta fuit Cataloniaē. Et cum multos hic annos in suo comitatu egisset, occipitq; fuisset in Gallia iuxta oppidum Padi,

dium vocatum, occupassetq; hanc comitatum quidam Salamo vel Francus, vel Britannicus: non difficile fuit Vulfredo Piloso illius Vulfredi filio Salamonem occidere, comitatumq; hūc recuperare; Cataloniaē nimis Cataloniaē comitis proli magis, quā externo homini fauenteribus.

C A P V T . 18,

Voniam autē Cataloniaē comes Emporitani Ermengaudus, Cataloniaē etiam comes Barcinonensis Vulfredus in causa esse potuerit, vt Cataloniaē saltu Pyrenaei montis tenentes primum in agrū Emporitanum descenderint, deinde vero in urbem venerint Barcinonem, unde illis facile fuerit per vniuersam deinceps regionem se sensim diffundere: id qua ratione illis euenire potuerit, vt magis manifestum reddatur, ex historijs comitum Cataloniaē nonnulla adjiccamus. Et quidē qui fuerint Ermengaudo illi a

**Monte Catheno cognominato comiti
Vrgellenium, & Emporiatum successo
res in prædictis comitatibus: non omni-
no certum est a nostris historiographis
redditum. Tomicus enim comitem Vr-
gellensem cum fuisse tantum, & sine pro-
le diē suum extremum tradit clausisse.
Petrus autem Carbonellus hunc Ermē-
gaudum plane ignorasse videtur. Primiū
enim comitem Vrgellensem nobis pro-
ponit Suniarium Vuifredi Pilosi filium,
atq; ante hunc nullum ait fuisse aliū co-
mitem constitutum. De Emporitanorū
autem comitatu vterque nihil scriptum
reliquit. Neutri plane visus est Ermē-
gaudus hic comes Emporiarum extitis-
se. At verò Gallicæ historiæ id attestatur
Caroli Magni temporibus, & Ludouici
cuius filij comitem Emporiarum Ermē-
gaudū fuisse. Annonius enim libri quarti
cap. 99. de hoc Emporiarum comite Lu-
douico Caroli Magni filio rerum tum
potentia, & facinus quoddam præclarū
patrante sic est loquutus: Mauris & Cor-
sica ad Hispaniam cum multa præda re-
deuntibus**

deuntibus Irmingarius comes Empori-,,
tanus in Maiotica insidias posuit, & eo &to „
naues eorum cepit, in quibus quingētos, „
& eo amplius Corsos captiuos inuenit. „
Id autem nostri Ermēgaudi facinus Blō „
dus quoq; referens his verbis nobis ex „
ponit: Interim Saraceni Africā ad Car- „
taginem incolentes cum Italæ insulas „
per Ambulach Hispani gentis suæ regis „
pacem quiescere molesto ferrēt animo, „
Corsicam inuaserunt. Hos facta ingenti „
præda onustos Hispaniam versus nau- „
gantes Ermengarius comes Emporita- „
nus, qui Maioricam pro rege Italico gu- „
bernabat aperto aggressus mari fudit, & „
nauibus eorum octo interceptis quingē „
tos Christianos, qui capti ducebantur, li- „
berauit. Et quidem quem hi Ermenga- „
rium, vel Irmingarium nominant, no- „
stri appellant Ermengaudium, vulgo Er- „
mengou. Cumq; a Carolo Magno crea- „
tus comes Emporiarum longo tempo- „
re postea vixerit sine prole obiisse credē- „
dus est, quēadmodum noster tradit. To- „
micus. Etenim, qui deinceps post Ermē- „
gaudium

gaudū factus comes Empotiarum fuit, neq; filius, neq; cognatus huius fuisse assertur? Sed Vgo Pontius quidem fuisse traditur, cuius posteri nomina hæc longo tempore retinuerunt. Sic & comitatus Vrgellensis, quem Tomicus eidem Ermengaudo tribuit, & verisimile quidē est illum ante comitatum Emporitanū hunc Vrgelli comitatum habuisse: non ad prolem villam, neq; ad cognatum aliquem huius Ermengaudi peruenit. Etenim Suniarius Vuifredi cognomento Pilosi filius comes factus post mortem huius Ermengaudi a nostro Petro Tomico dicitur. Quod quidem verisimile apparet. Eresim, cum duo huic Suniario fassiat ex filio suo Borrello nepotes, minori natu comiti Vrgellensi creato Ermengaudi factum fuit nomē in memoriam facilicet primi comitis Vrgelleensis Ermengaudi: Et cum natu maior Raymundus Borrellus comes creatus fuerit Barcinonis: hic natu minor Ermengaudus nominis huius secundus omnem posteritatem in comitatu succedentem habuit nomi-

ne Ermengaudi nuncupatam. Et si quis nunc roget, cur, cum primus Ermengaudus ex eorum familia erat, que nomen habebat a monte quodam Catheneo, idem Ermengaudus, tametsi prole orbus, ad suos tamen gentiles, & agnatos hos comitatus redire non curarit: respōsum Petri Tomici consideret afferentis Comitatum Vrgensem, cum Ermengaudus sine prole ex viuis excederet, ad comitem Barcinonis Vuifredum cognomento Pilosum pertinuisse. Verum nō deerunt, quid pernegent, sed potius ad regem Francorum afferentius creandi alium comitem spectauisse. Etenim si ius Vuifredi ipsius fuisset, comes Emporitanus ad eundem modum factus aliquis ex liberis Vuifredi extitisset. Hoc autem haud quaquā ad cum euenit modū. Etenim Hugo Pontius, qui reperitur post Ermengaudū comes Emporitanus, forte quia proles alia præter comites constitutos illi non fuit, nihil cognationis deprehenditur cum hoc Vuifredo habuisse. Prosterea Phridesicus Bernardi il-

Francisci Calça

Ilius, qui ante Vuifredum comes Barcino-
nis extiterat, filius cur Petralensis co-
mes creatus a Carolo Caluo fuisset, si ius
omne comitatum prædictorum ad Vuif-
redum cognomine Pilosum iure vlo
pertinuisset? Crebat certe francorū rex
comites: sed cum Vuifredus multum a-
pud francorum regem posset, facile obti-
nuit, vt ad suos filios hi comitatus bona
ex parte redirent. Qui verò de familia e-
rant Montis Catheni, cognati nimicu
Ermengaudi huius comitis, cum tātum
apud illos reges non valerent, suis præfe-
cti castris, aut oppidis titulum baronis
longo tempore habentes inter nouem
barones primum locum dignitatis obti-
nuisse sunt semper existimati. Et verò co-
mitatus quando fuerint nouem facti nō
facile dixerim. Etenim variatū fuisse in-
ter scriptores nostros antiquos hunc nu-
merum comporio. Nam liber manuscri-
ptus inter libros bibliothecæ templi ma-
ximi Barcinonensis repertus constanter
asseuerat non comites nouem, sed duo-
decim potius in Catalonia excelluisse.

Princi

de Catalonia. lib. I.

87

Principatus autem non regnum, non du-
catus, non Marchionatus Cataloniæ pro-
pterea fuit dictus; quoniā comites quo-
queran, principes Cataloniæ omnes
erant, omnes potestates esse dicebātur,
pares erant, vñus in alterum nihil habe-
bat imperij, ab uno ad alterum non erāt
appellationes, non erāt recursus, sed po-
tius ipsum ad Francorum regem. Quam
obrem hi comites concordes esse eti in-
ter se vnam potissimum rem spectabant,
Saracenos vt quam maxime procula se
se abigerent, vt sese inquietos contra ho-
stes præstarent qualescunq;. Barcinonē-
sem ergo comitem in bellis summum
imperatorem habebant: pacis verò tem-
pore horum quisque suo in comitatu su-
premus erat princeps. Catalonia ergo,
quæ primum pars quædam erat regni A-
quitaniæ, & Marcha Hispanica regis A-
quitaniorum vocata, principum horum,
ac comitū vocatorum facta prouincia
nomen principatus ex eo quidem obti-
nuisse est existimanda, & per se pedeten-
tim a regibus Francorum neglecta, pro-
pter

pter concordiam principum consequūta fuit, vt comitem Barcinonensem habēs quoddam veluti caput vnum quod dam per se esset corpus, vna quædam re spublica, quæ generale Cataloniæ est a quam longissimo tempore vocata. Sic ergo comes Vrgellensis, comes Palaearēsiū, comes Sardanī, comes Bisulduni, comes Emporiarum, comes Rossellio-nensis, cum comite Barcinonensi, cumq; suis Vicecomitibus, Comitoribus & Va-saforibus, ac militibus, necnon & cum inclytis Baronibus cōcordā animo prin-cipes Cataloniæ effetti aduersus omniū hostium imperium instruissimi Dei op-timi maximi beneficio maximopere vi-guerunt. Erat autem vniuersa hæc pro-vincia, & initio cum solum vsq; ad flu-men Rubricatum extendebatur, & cum postea ad fines usq; Valentie, ac Arago-niæ ampliata fuit; erat, inquam, illa qui-dē vniuersa vna ratione in episcopatus suos diuisa, erat & ratione altera in suos distributa comitatus. De his autem distri-butionibus cōsequenti libro prolixius a nobis

nobis est agendum. Quamobrem nunc comites, qui floruerint in hoc principa-tu, annotasse contenti ad alia præstringēda properemus. Horum autem vnum vi detur maxime dignum explicatu, eur sit familia comitis huius Ermengaudi cog-nomen consequuta a monte quedā Ca-thenœ. Et enī a monte illo Cathenœ cognominata in initio, a monte Cathe-no postea fuit nuncupata, deinde verò a Monte Cathano, & tandem de Monca-tha, & nunc vulgo, de Moncada. Et mōs quidem Catheneus in Germaniane fue-tit, an alibi, dicere non habeo. Castrū tam-en extructum super quēdam bene ex-celsum collem distans a Barcinone vr-be per millia passuum septem in regio-ne Vallensium nomen hoc a longissi-mo tempore obtinet ut castram mon-tis Catheni dicatur. An verò castrum hoc nomen habuisse sit existimandum a comitis huius cognato aliquo, an iam olim Gotorum, & Saracenorum tem-pore illi colli huiusmodi fuerit nomen, nos plane latet. Qued si in Germania

Francisci Calça

hic monserat, nomēq; huc delatum est per primum illum, qui cum Augerio veniens princeps, & dux omnium in obsidione vrbis Emporiarum Catalaunorū factus fuit. Sed cur non credemus hunc mōtem Catheneum in Pyrenæo aliquādo saltu vocatum fuisse? Cur non existimabimus Catalaunorum ducem Cathenis quibusdam contra impetus hostium montis quasdam partes muniuisse? cum præfertim extent adhuc armillæ quædā ferreæ in collibus quibusdam, vt ex eo propugnandi, & nunciandi montis genere huic familiae factum sit nomen. Et verò hæc habeant se se quoq; libuerit modo: familia tamen nomen semper celeberrimum extitit, & extat etiam nostra ætate omnium familiarū celeberrimū. Sed cur cum in Pyrenæo fuerint Pöpei trophæa, & armillæ ferreæ ex eo adhuc in rupibus appareat, & cathenis trophæa indiquerint quibus in illis armillis conservarentur, cum constet Catolaunos cū suo duce in Pyrenæo consedisse: cur, inquam, dux ille a monte illo Catheno no-

men

de Catalonia. lib. I.
men su missi non existimabitur?

89

C A P V T . 19.

E reliquis autem familijs nouem heroū qui in Catalonia Barones sunt dicti, disputari etiam ad eūdem posset modū: utrum monti, ac castro inibi extructo baro nomen Pinosij dederit, alibi item Ceruilionis, alibi Herilij, alibi Ripellorū, alibi Angulariæ, alibi Ceruatiæ, alibi Mataplanæ, Alibi Alemani: an vero cū hæc nomina antiqua iam fuerint ante Saracenorum aduentum, Barones illi domini facti horum castrorum ex illis suas ac cepere cognominationes. Et quidem familia Alemanij rem hanc videtur facere omnem extra controversiam. Etenim primus auctor huius familiae Petrus Alemanus neq; nomen vlli castro à suo fecit nomine, neq; ipse ab vlo castro nomen accepisse cognoscitur. Nullum enim castrum, nullus locus Alemani nomen habere, aut habuisse in vniuersa Catalonia inuenitur.

M

inuenitur. Et Petrus ille Alemanius dominus fuisse legitur oppidi Guimerani, Castri ferrantis, & Populæ ferrantis. Præ terea traditur ab eisdem nostris historiographis, qui eum venisse ante cum Augerio dicunt, profectum ex Alemania in Galliam aduenisse cum illis, qui suspectias latum venere Vuifredo cognomento Piloso, cum venit Vuifredus ex Gallia ad recuperandam a Saracenis Catalonia. Quamobrem non videntur omnes hi barones cum Augerio aduentasse ac nomina sua castris quibus præsidebat dedisse. Qua quidem de re cum alibi sit a nobis exactius disputandum: satis fuerit hæc præstrinxisse hunc in modū. Et vero, vt ad negotium nostrū regrediamur, ex his baronibus, aut ex nouem primis auctoribus harum tam celebrium familiatum Petrum Alamanium, cum primū huc venerit, non facile dixerim Catalanicum fuisse. Nomen enim illius id me facere omnino prohibet. De reliquis vero potest in vtrāq; partē ex æquo copio sa institui disputatio. Sed vnde cunq; pri-

mī illatū familiarū fōtes emanarint: progenies certe quidē, & familiae sese Catalaunorū cognomine maximopere nobis litarunt. Etenim cū prouinciales alicubi in Catalonia nomē locis fecerint, alicubi Sardi, illę familię non allo quā in Catalaunorū nomine, eminuerunt. Sed ob iijciet fortassis hoc loco quispiā: si Catalauni Pyrenæū saltum solū habebant, & Emporitanū tractū, Goti autem Galliæ Narbonensis reliquas Cataloniae partes: qui fieri potest, vt barones Ceruariæ, Angelariæ, Ripellarū, Ceruilionis, Mōtis cathanicæ, Pinosij, Mataplanæ, quæ loca neque saltus Pyrenæi erant, neque tractus Emporitanus, sese in nomine Catalaunorū tam magnifice redderēt apud omnē posteritatem cōmendabiles? Cur non potius id factū fuisse putabitur in Gotorū nomine ac proinde Gotalanorum? Respōdemus Gotos plerosq; defecisse a rege Frācorū Ludouico, cū rebellauit Visigot⁹ ille Ayzo, præter Bernardū comitē Barcinonē. Catalaunos vero Pyrenēi saltus, & Rho stagnū Gerundę comitē cū Ermēgaudo.

& toto tractu Emporitano in fide vsq;
perseuerasse: vnde Catalauni nomē per
petuum fidelium conseruasse tradūtur.
Et ex ea re evenit, vt ab alijs Cataloniae
partibus exturbatis infidelibus Gotis Ca-
talauni sese per totam Cataloniaē effun-
derent, & vniuersæ huic prouinciae Ca-
taliae nomen darent: in hocq; proin-
de nomine sese illi barones tam laudabi-
les efficerent. Verum enim uero declarā-
dum hoc loco, notumq; reddendum vi-
detur, cur hi barones, alijs comites, alijs vi-
cecomites, alijs comitores, alijs vasuasso-
res, alijs magnus comes stabulatius, alijs
magnus senescaldis sint in Catalonia o-
lim vocati. Id enim, si non aliunde, quā
ex Aquitania profluxerit, maxime notū
videtur factum nostros maiores nō fuisse
alijs quam Aquitanicos Catalaunos.
Et quidem Baronis nomen negari non
potest latinam vocem esse, verum quae
apud M. T. Ciceronem in hac significa-
tione non accipi solet. Quid autem ve-
re Baro sit apud illum Romanæ eloquæ
titæ fontem facile dici non potest: vulgo
tamen

tamen batonis nomē præclaro cuiilibet
viro accommodatur. Et duplex est hu-
ius dictio significatio, vna quidem
communis, altera vero particularis. Et
vero communi vocis huius significatu-
duces, comites, vicecomites, marchio-
nes, & alij viri primarij Barones vocātur:
idq; dupli modo, altero quidem, quo
Baro nihil aliud esse creditur, quam vir a
licuius excellentis dignitatis, altero vero
quo subditos respicit. Atque ita quicun-
que imperium in subditos exercet, vas-
sallos vulgo dictos, Baro ille quidem so-
litus est appellari. Hoc igitur imperium
cum in suos clientes vassallos vocatos,
& duces, & comites, & vicecomites, &
Marchiones, quin & reges exerceant: Ba-
rones propterea dicuntur omnes hi esse.
Locus autem in quo imperium hoc ex-
ercetur siue castrum sit, siue oppidum,
siue vicus, seu pagus Baronia dictione ge-
nerali appellatur; particulari vero aut
ducatus, aut comitatus, aut marchiona-
tus. At vero particulari significacione ba-
ronia nomē titulus est quidam inferior
titulis

titulis comitis, vicecomitis, Marchionis, & ducis. Cū enim imperiū, & iurisdictiō nem habet aliquo in loco quispīā in cliē tes aliquos, vassallos vulgo dictos, particulari vocis huius significatu, cum neq; sit dux, neq; marchio, nec comes, nec vi cecomes, baronis titulum obtinet, & ter ritorium, seu locus huius imperij Baro nia particulari significatione quoq; ap pellari solita est: pr̄testim si regis, aut im peratoris, aut alterius principis diploma te hunc titulum, aut dignitatem est con sequentus, aut alioqui id a rege principe ue alio traditum alicui, emptum aut do natum, aut ratione alia fuerit acquisitū. Sic habere videmus sacrum imperium suos duces, suos marchiones, suos comi tes, suos barones, ac suos etiā milites, vt dignitas & titul⁹ intelligatur militis quo que esse. Sic regnum Aquitanie ducatus interdum nomen obtinēs suos illos nouem habuit comites, suos vicecomites, & suos barones. Quare cum Catalauni ex Aquitania profecti pari dignitate pro suis pr̄claris factis fulgere cuperent: a franco

Francorum rege consequebātur, alij qui dem vt comites crearentur, alij verò vt baronis solum ferrent titulum. Et illud quidem inter comitatum, & Baroniam particulari significatu acceptam iater est: quod baronia intra fines sit alicuius comitatus, comitatus verò non sit intra fines baroniae vilius. Etenim cum sit tota Catalonia vel in nouem, vt plerique au tumant, vel in plures, aut pauciores co mitatus a Regibus Francorum distributa: Baronie intra fines aliquo: um comitatum continebantur, & propterea generalis iurisdictio comitum erat, p̄ticulatis verò baronum. Quare nō baro im perium habebat in comitem, sed comes in Baronein: & Baronem in bellum eun tem non comitabatur comes, sed e con trario comitem Baro comitari teneba tur. Hoc autem titulus baronis illis pr̄stebat, vt loci tellus vniuersa nullam pr̄staret seruitutem, sed pr̄ diū liberum esset. Iuris consulti autē francum alodiū id genus pr̄diū vocat. Seruitutes porro

duplicis sunt generis, aliæ enim sunt Emphiteuses, aliæ verò fœuda. Barones ergo ipsi, vt barones, neque Emphiteutæ cuiuspiam erant, neq; fœudi ratione cuiquam seruiebant. Baronibus verò multi erant Emphiteutæ, multi etiam (vt vulgus loquitur) feudatarij. Et Emphiteutæ quidem census præstant: clientes verò, seu feudatarij bellicas quasdam seruitutes. Vt igitur principes, & potestates Cataloniaz, hoc est comites illi antiqui, quo rum Catalonia principatus erat, in frandum allodium, seu allaudium suos comitatus obtinebant: sic & Barones sua prædia, hoc est suas baronias. An verò hic titulus Regis Frâcorum munificentia antiquis, & nouem illis decâtatis heroibus sit tantum concessus, an verò comitum quoq; aliquorum largitionibus incertū plane est nobis, tametsi Tomicus Carolo Magno largitiones huiusmodi tribuat. Vt enim falsus fuit in eo, quod dixit pares factos barones potestatibus: sic & falsus mihi videtur in creatione baronum horum, cum dicat eam soli Caro-

lo Magno esse acceptam ferendam. Petrus enim Alemanius ab ipso Tomico vñus ex nouem fuisse traditur. At hunc tempore Vuifredi Pilosi venisse dicunt, atq; huius comitis beneficio factus baro est existimandus. Quod vero hi barones pares potestatibus non fuere manifestū est. Atrocium enim criminum punitio comitum tantum fuit, vt nostræ leges antiquæ declarant. Et verò num initio Barones per se se criminum puniendorum potestatem habuerint ullam, venire posset in controvërsiam. Etenim Guillelmus Raymundus a Monte Cathenoin suo territorio, seu baronia beneficio comitis Barcinonensis potestatem fuerat consequitus criminum puniendorum vique ad mutilationem membrorum. Id autem diploma penes nos aliquādo fuit. Quod, cum in primo horum baronum deprehendatur, nō erit difficile in reliquis simile fuisse existimare. Et in comitatu quidem Vrgellësi fuere barones Ripellarum, Angulariæ, & Ceruariae: in Barcinonensi verò barones Ceruilionis & Montis

& Montis Cateni: in Palearenſi verò Baro Herillij: baro verò Mataplanæ ad comitatum Sardaniæ pertinuit. Baro autem Pinosij in initio ad Vrgellësem spēctauit: sed quoniam Baro quoq; Mataplanæ factus non multos post annos fuit is ipse Pinosij baro, comitem Sardaniæ solitus est sequi. Petrus verò Alemanius si Baro Guimerani tantum fuit, comitē sequutus fuit Vrgellësem, niſi malumus sequutum fuſſe Barcinonësem: id enim non omnino nobis est certum. Neque etiam illud conſtat satis bene, quando re ges Aragoaum aliquibus horum baronum imperium omne, omnemq; iurisdi ctionem vel vendiderunt, vel ſunt elargiti. Etenim ex eo tempore quo reges hoc facere cœperunt, qui loca emerunt cum omni iurisdictione ſe pro baronibus ha bere ſunt soliti: cuſi alioqui veri barones non ſint, niſi qui titulum hunc regia lae gitione id expreſſe deſignante conſequū tur. Sed num præter nouem illos alij vlli olim extiterint, non erit ab re quæcere. Et vero publica quædā acta perantiqua
depre

deprehensa ſunt, quæ oſtendunt in familiâ eorum, qui vocantur a ſcintillis pri mū auctōrē eius familiæ a Carolo Ma gno dōminū fuſſe creatū caſtri de Sein tillis. Et in familia eorum, qui cognomi nantur a Crucillis reperitur Gilabertus quidam dominus multorum locorū vel tempore Caroli Caltii, vel Caroli Magni extitiffe. Qui porro funt de familia Iofa, dominium dicuntur conſequuti fuſſe iam a tempore Caroli Magni Caſtri Iofæ, quod caſtrum nunc eorum, qui di cuntur Pinosij; Caſtrum vero Pinosij, vñ de hoc nomen fuere illi conſequuti, eſt hoc tempore ipsorum Iofarum propter quandam permutationē olim inter eos con tractam, & opera tam. Quare non ſuc rit piaculum opinari præter nouem illos inclytos barones aliquos alios olim exti tiffe. Et d̄ baronibus quidem hæc pro ar gumento huius loci ſufficient: alibi reli qua tradentur.

VT notum autem factum a nobis est, quid sibi baronis velit nomen: sic & nomen comitis venit excutiendum ad eundem modum hoc loco. Et comes quidem apud Latine loquentes is est, qui it cum aliquo, quasi comiens, id est simul iens, & alium ut ducem sequens. Dux porro is est, qui aliquem dicit. Ducere autem, & trahere differunt, ut volentes, & sponte sequentes ducamus: trahamus autem inuitos, & sequi nolentes. Sed haec duo nomina ducis, & comitis in alia significata abierunt. Dux enim exercitus est, qui omnibus imperat militibus: Comes autem alicuius oppidi potestas est, aut alicui generi hominum, aut negotiorum ius dicēs. Sic enim potestas Tolosæ comes a quādo dictus fuit; sic comes stabuli est, qui ius dicit in bello equitibus; & comes sacri palatijs erat, qui negotijs palatijs præfctus erat. Et comes quidem ad ducē refertur: refertur & ad principē qualēcunq;. Quoniam igitur comites, iudicū legati, præfcti, quæstores cum magistris tibus

tibus missi in prouincias ius dicebant: sic euenisce creditur, vt cui committitur iurisdictio ab aliquo principe, comes sit cæptus cum honorifico quodam titulo appellari: id autem contigisse maxime deprehenditur Imperatorum iam Constatinopolim habentium pro sede sua temporibus: quorum ad exemplū multi dein ceps reges suos comites fecisse dicuntur. Sic Theodosius rex Romanorum tempore Leonis imperatoris, & consequentium imperatorum apud Caesariorum multos comites habuisse in vrbibus repetitur. sic & Reges alij vel Francorum, vel Gotorum & in Gallia, & in Hispania suos habuisse comites in magnis vrbib⁹ a nobis leguntur. Dicis vero titulus ad eundem modum supremæ cuiusdam dignitatis introduci cœpit. Etenim cū Imperatores Constantinopoli considentes suos Exarcos crearunt, reges in sui regni partibus præcipuis, suos duces constituebant. Et ducum quidem erat militare supremum imperium: comitum vero munus erat iudicādi, & pacis opera exequē di.

di. Quamobrem dux vnius comitibus cōpluribus solitus erat imperare. Et cū regna in aliquot ducatus distribui sole-rent: ducatus ipsi in comitatus diuidebātur: comitatus porro in vicecomitatus, Senescalias, ac baronias, ac baiulias. Duce-tatus igitur Aquitaniae cum Regis nō-mē accepisset: placuit, vt Catalonia pars regni Aquitaniae facta suos comites ha-beret, & tota in comitatus esset distribu-ta. Hi vero nouem fuisse dicuntur: An au-tem pauciōres fuerint incertū est. Et ex comitibus ali⁹ quidem temporarij erant hoc est ad tempus quoddam constituti: ali⁹ vero dum vita comitum superstes es-set: ali⁹ autem, & in vitam suam, & poste-rorum omnium, atq; in perpetuum co-mites siebant. Et ex his comitibus perpe-tuis ali⁹ in seruili quodam fēudo consti-tuebātur: ali⁹ vero in fēudo quodam ge-neroso, ac nobili, quale fēudum dicunt fuisse comitis Vuifredi cognomento Pi-losi. Qua quidem in re non videtur au-diendus esse noster Petrus Tomicus, qui asserit a Carolo Caluo Francorum Re-

ge

ge dono accepisse nostrum comitē Vui fredum vniuersam Catalonia, eiusque factum dominum perpetuum, ac supre-mum. Quod si verum esset, nō ille comi-tis titulum, sed regis sumpsisset: Neq; per misisset, vt in actis tabellionum tempus regum Frācorū semper apponetetur. Etenim longo tempore, quæ siebant in Catalonia, regum Francorum annis desi-gnabantur. Neq; præterea ad Francorū reges factæ fuissent ab yllis Catalanis pro-uocationes, seu appellations. Præterea cur oportuisset tres fieri concordias, & transactiones inter Barcinonensem co-mitem, & Francorū regem, qui ius fē-di a comite Barcinonensi requirebat: si non in fēudali iure yllo Barcino regum erat? Sed Petro Carboneilo fidē habe-a-mus. Hic enim Vuifredum cognomen-to Pilosum lege fēudi generosi, ac nobi-lis comitatum Barcinonensem a Caro-lo Caluo in perpetuū accepisse & tradit, & quo instrumento publico id constet, ostendit. Et cum Barcinonenses hūc pri-mum comitē comitū suorū constitunt:

de

Francisci Calça
de reliquis comitibus Barcinonensibus illud solum videtur adiiciendum, eos ex nutu Francorum regum solitos fuisse dependent, non aliter atq; nunc dependet hi, qui dicuntur proreges, locumtenentes, generales, ac gubernatores. Quam obre quomodo se habuerint illi primi comites Emporiarum, Asonæ, Gerundæ, Petrelatæ, Paleariensium, Vrgelli, Céritaniæ seu Sardaniæ, Rossilionis, Bisulduni, haud certo quidem possum definire. Crediderim tamen primos comites ex nutu regum Francorum dependisse. Mox adductos fuisse reges illos, ut lege nobilis faudi hos comitatus tradiderint. Tametsi ex his aliquos dixerim cum aliquibus alijs à comite ipso Barcinonensi iam fere vniuersè Cataloniæ dominante creatos fuisse. Comitatus enim Bisuldunensis a comite Mirone videtur institutus: is enim filium suum Olibanum cognomento Cabretam traditur creasse comitem Bisuldunensem, ac Ceritanum. Olibanus verò ex filijs Bernardum maiorem natu comitem reliquit Bisuldunensem:

de Catalonia lib. i. 97
nensem: Vnde dum verò aut Ulfredū minorem natu comitem creasse dicitur Ceretaniæ. Id tamen an per Regem Frâcorum impetraverint, an verò ipsi per se egerint, nō est nobis adhuc certum, atq; exploratum redditum. Nihilominus tamen cum Bergadinum comitem, cum Minorisensi creatum postea legamus a Barcinonensi comite, & a comite Ceritano: cur non & illos quoq; creatos a comite Barcinonensi tum existimabimus? Certe, si coniecturis in hac re ullus est locus, videtur comites Cataloniae caput habentes Barcinonensem comitem sic se habuisse, ut regem Francorum potissimum respicerint, quamdiu bene in Gallia inter filios regum conueniebat. Verū cum turbari res Francorum cæperunt, Catalauni comites vnam rem publicam habentes, & concordi animo communione bonum Cataloniae principatus prouidentes facile obtinuerunt, ut veluti reguli quidam absoluti suis in comitatibus singuli horum essent. Et comes quidem Barcinonensis inter hos maximopere è-

Nminebat

Francisci Calça

minebat, cum propter urbis Barcinonis excellentiam, tum vero propterea quod urbs Minorisa comitatus Ausonæ, & Gundæ eius comitis erant. Comites vero Bilulduni, Ceritanæ, & Vrgelli ex comitiis Barcinonis cognatione, & familia prodierant. Comes autem Palearensiū, Rosellionis, & Emporiarum si non eandem cognationem, & sanguinis vinculum cum hoc comite habebant, a concordi reipublicæ Catalaunicæ gubernatione non recedebant. Quam obrem Borrelliū comitem Suniarij filium, cum urbem Barcinonam amississet, ad eam recuperandam illi suppicias omnes tulerunt: Et Raymūdum Berengarium huius nominis primum ad tam præclaras res gerendas, quas ille cum tanta laude gessisse traditur, non destituerunt. Et quanquam reperiantur frequenter causæ Catalaunorum olim in Galliam, hoc est in Aquitaniam adducere: comites obtinuere postea, ut nulla causa extra suum comitatum egredetur. Vbi vero rex Francorum cum Barcinonensi comite contendere caput,

& tran-

de Catalonia. lib. i.

98

& transactionibus quibusdam evicit Barcinonensis comes, ut ius omne regum francorū ipse deinceps obtineret, ex eo tempore causæ ex alijs comitatibus ad comitem Barcinonensem per prouocationem adductæ fuerunt: sic multa iura regia, quæ regalix vocantur, ad hunc ipsum comitem pertinuerunt. Ita tandem Barcinonensis comes totius Cataloniae princeps, & potestas suprema eius sit. Et de singulis quidem Cataloniae comitibus nunc non est locus agendi: Quæ vero in communi dicenda erant, haec quidem possunt satis multa videri. Quam obrem advicecomitū tractatū accedam.

C A P V T . 21.

VT proconsul, & propriator; sic procomes dicendus erat: sed evicit loquendi usus communis, ut vicecomes dicatur is, qui comes non est, sed vices gerit comitis. Et vero cum in Aquitania comites suos vicecomes haberent, ad illorum exemplum Cataloniae

Francisci Calça

comites vicecomites quoq; habuere. Et tempore quidem quo ex nutu regio comites vrbibus dabantur, vicecomites ab eisdem francorum regibus verisimile est solitos fuisse creari. An vero a Carolo cognomine Magno nostri nouem vicecomites tum sint facti, quādō factos Petrus Tomicus tradit, venire potest in disputationem. Nam cum ex fama priscorum hominum in hanc opinionem nostrae gentis homines adducti sint, vt fidē his, quæ narrat Tomicus, habeant: videtur satis firma hæc de nouem vicecomitibus sententia. At vero cum ex illis nouem procomitatibus, vicecomitatus, scornalbouis nullo vñquam tempore exitisse deprehēdatur: procomitatus vero Agerensis multis cœculis post traditur ab ipso Petro Tomico institutus esse post hoc nouem Caroliphius Magni: reliqui etiani vicecomitatus prædictorū nouem, si fundationes ipsorum in actis antiquis spectantur, multò post Carolū Magnum reperientur cōstituti: certe qui dem non est, cur vereri debeamus in cōtraria

de Catalonia. lib. i.

99

trariam sententiam accedere. Quamobrem liberam facientes potestatem opinandi vtrum libuerit: solum, quæ in vtrā que partem adferantur adnotare constitutas. Et initio quidē ex publicis scriptis vicecomites eorundem oppidorū reperiuntur facti, quorum oppidorum comites aliqui creati erant. Quam obrem filij comitum natu maximi vicecomites aliquando fuere, si Vicecomes alius nullus extabat oppidorum eorundem, quorum oppidorum comites parentes erant. Prouidisse enim videntur reges Francorum, cum alicui oppido comitem creabant, vt vicecomes etiam illi eidem oppido adesset. Quamobrem Barcinonensis Vicecomes antiquis frequenter in scriptis legitur: Vicecomes itē Gerundæ, necnon & Vicecomes Tarracona. Vdulardus autem Vicecomes Barcinonensis fuisse reperitur in nostris antiquis legibus illis, quæ vsatici Barcinonæ vocantur: Pontius autem Vicecomes Gerundæ Tarragonæ vero Vicecomes Berengarius quidam, & Vicecomes Bar

Francisci Calça

cinonis quidam Arnaldus Mironis fuisse etiam leguntur in donatione Berengarij Raymundi Tarracensis urbis, qua eā dono dedit Berengario Vicensi episcopo createdo Tarragonensi ab Urbano secundo pontifice maximo. Quare tametsi non a lia nobis publica instrumenta haecenus occurrerint; quæ tamen reperienda sperro, non verebor ad eundem modum Vicecomites fuisse olim Emporiarum, Bisulduni, Rossellionis, Vrgelli, & Palcaresium afferere. Et titulus hic omnia vicecomiti tribuebat, quæ erant comitis, cōte tamen absente: præsente vero co*m̄itie* multa quedam vicecomitis erant ipsius iura. Nam in bello præsente ipso comite id erat comiti Vicecomes, quod regi magnus comes stabularius. Quare vicecomes Cardonæ cū Barcinonensis comes Rex Aragonum fatus fuit, magnus comes stabularius vocatus semper nostris in Historijs deprehenditur, cum alioqui per se aliud nōn esset ipse, quam Cardonæ Vicecomes. In eadem autem urbe Barcinone præter comitem, & Vicecomes

de Catalonia. lib. I.

100

mitem quidam alius erat Magnus Senescallus, seu (vt nostriloquebantur) Senescalcus nominatus. Et hūc id esse urbi credimus, quod extra vibem erant oppidis vicisq; illi, qui a baiulādo quodam baculo baiulini, Bayliui, seu baiuli nominati fuere. Iudex enim, seu præses ordinarius in urbe hic erat Senescallus, vt in oppidis, vicisue baiibili, ab hisq; prouocatores erant ad comitem, & eo absente ad Vicecomitem. Senescallus autem Barci nonensis ille baro erat, qui dominus castri Montis catheni existebat. Castrum autem novum Barcinouis urbis ad hūc pertinebat, & ad Baiulinum huius, seu baiulum, vt castrum vetus ad Vicecomitem, & ad Vicarium eius. Hæc autem constant ex his, quæ in regio Archiuo continentur. Et inter alia munera Sene scalli hoc unum, & valde insigne inter cetera fuisse repetitur, quod in singulatis certaminibus (quæ Græce discuntur Monomachiz duella vulgo) ad Senescallum pertinebat ius habendi, &

N 4 præstan

propria*st*andi solum certaminis tutum viri que certatori: solum autem ipsum campū certaminis vocare soliti sumus. Vox autem Senescalli, cu us lingua^z primum omnium extiterit haud scimus, sed ab Aquitania venisse ad nos Gallicę Historię demonstrant. Aquitaniz enim comites suos vicecomites habuisse, ac Senescallos in vrbe, extra verò vrbe in oppidis, ac vicis suos baiulinos: Quis etiā & Vassili in Aquitania creati a Carolo Magno legentur. Vassili autem dictio cum dictione Senescallii Gotorum, & Alanorum vocabula fuisse nobis apparent. Et vassili qui dem illi videatur intelligendi, qui equitati prefeci erant. non quidem omniam Vicecomes, aut Magnus comes stabularius id munus obtinebat. Sed cum e quicquid in aliquot partes priincipias, nepe turmas distributus esset: vnicuiq; parti, seu turmæ Vassili ipsi prefeci erant, ducesq; proinde equitum sunt intelligendi. Cum ergo duces, Marchiones, comites, vicecomites reges Francorum crebant in Aquitania, Vassos quoq; consti- tuebant

tuebant. Horum autem alteri regij dicebantur, alteri vero dominici. Et regij qui dem vassili erant, qui fidem regi dabant se se in bello regi numquam cum suis equitibus defuturos: dominici verò, qui non regi, sed alicui domino hanc dabat fidē, nimirum aut comiti, aut vicecomiti, aut alij cuiuis. Et verò ex vassallo factus est vassallus. Is autem est, qui alicui dat fidē se promptu semper fore ad militandum cum suo dpmino, siue is comes sit, siue Baro, siue alius dominus. Et vassili quidē in Aquitania sic sunt intelligendi: in Catalonia verò comitores olim, & Vassili fuere appellati. Sed comitoris nomen magis frequens fuit. Vassili autem per se non audiebatur nominari, sed in nominibus tantum Vasuassorum. Erant enim Vasuassores vassorum id est comitorū Vassili. Ex vassili vassorū namq; dicti sunt corruptis dictionibus Vasuassores, quasi vassili vassorum. Comitores enim, qui yesi vassili erant, id est equitum duces, suos habebat subditos alios vassos, id est equitum particulares duces. Etenim decem equites

equites ad vnum Vassum Vassorum, vas-
suassorem vocatum pertinebant; & mul-
ti Vasuassores vnum comitorem, & vas-
sum superiorem habebant: Multi verò
comitores vnum Vicecomitem obser-
uabant. Sumus ergo Imperator omniū
in bellis in Catalonia post comitem Vi-
cecomes erat. Præf. Eti verò alis, aut e-
quitum turmis comitores dicebantur in
Catalonia: Vassi disti in Aquitania. Vas-
si autem vassorum, & voce corrupta vas-
suassores appellati decem equitibus præ-
fecti fuisse sunt intelligendi, vel saltē,
ut minimum, quinque equitibus, ut le-
ges nostræ antiquæ vñitatici Barcinoñis
appellatæ manifeste demonstrant. Sic e-
nim inquiunt leges hæ: Si quis interfec-
rit Vasuassorem, si quidem Vasuassor il-
le quinq; milites habuerit multetur quin
tuplo eius, quo multandus est is, qui mi-
litem peremerit: quod si plures milites il-
le Vasuassor habebat pro numero mili-
tum, quos habebat, maior debet multa
ipsa esse: Militis autem occisor vñcia-
rū auricō dī duodecim multā patiatur.

Si

Si quis autē occiderit comitorem duplā,,
multā soluat eius, quā foluere debet Vas,,
uassoris interceptor. Occidens verò vice,,
comitē multam dupplam numeret eius,,
multæ, que ab interfectori comitoris est,,
exigenda. Manifestum reddunt hæ qui,,
demi leges vasuassorem id esse apud ma-
iores nostros quod in exercitu Romano
rum erat Decurio. Apud illos enim pedi-
tes suos habebant Centuriones, & Cen-
turiones suos præfectos cohortis, & præ-
fecti cohortium iuos tribunos militum
legionib. præpositos: Egnites verò suos
habebant decuriones, decuriones suos
præfectos turmarum, & præf. dī turma-
rum equitum suum magistrum. Et pro-
pter hanc ratione nominū dicebātur mi-
lites centuriari, & decuriari. Centuriari
quidē cum per suos Centuriones pedi-
tes distinguebantur: decuriari vero cum
equites distinguebātur per suos decurio-
nes. Deni ergo equites plus minus clien-
tes, seu vassalli erāt, si sic mihi fas est loqui
vni° vasuassoris, idest Æcutionis. Duo 3.4
aut plures vasuassores vassalli erant seu
clientes

clientes vnius comitoris. Comitor autē erat vnius seu turmæ, seu aliae præfctus. Duo verò aut plures comitores pro magistro equitum habebant ipsum vicecomitem. An autem cliētes, seu vassalli fuerint comitores vicecomitis, an comitis: certo dicere haud quaquam habeo. Mea tamen fert opinio & comitores, & vicecomitem clientes seu vassallos, seu fæudatarios, siue beneficiarios comitis omnes esse existimādos: quin etiam & inter dum ipsos Vasuassores. Ut enim dari possint comitores aliqui, quorum Vasuassores clientes, seu vassalli extiterint: plerosque tamē Vasuassores crediderim comitis ipsius clientes, beneficiarios, ac fæudatarios eis habendos. Milites verò haud quaquam: omnes enim cliētes erant suorum Vasuassorum, præter aliquos custodiæ comitis, vicecomitis, aut comitoris destinatos. Est ergo Catalonia intelligenda olim sic fuisse distributa: ut tamquam principes & potestates supremas suos ipsa haberet comites. Quare tota in comitatus certos erat distributa, nihilq; prop

terca erat in Catalonia, quod non ad ali quem illorum comitatum pertineret. Comites deinde suos habebant Vicecomites seu procomites: ad hos autem aliqua bona pars comitatus pertinebat ratione fæudali, vt dici solet, a comite illis assignata. Præter vicecomitem autē habebant etiam comites suos comitores, quibus etiam pars comitatus alia eadem ratione tribuebatur, & ultra hos habebant quoq; suos vasuassores suas partes habentes dicti comitatus. Sed hi omnes in bellis ductores erant suorum ordinū: Ordines verò horum ex equitibus constabant: e quites autem non erant ab alijs regnis quærendi, sed potius in comitatu nutriendi. Quamobrem qui volebat dignitate fulgere Vasuassoris, eum habere oportebat equites decem, aut plures, & ut minimum quinq;. Hi porro equites vel Castlani erant Vasuassorum, vel aliquā prædia habentes in fæudali lege a Vasuassoribus, vel stipendum a Vasuassore accipiebant, vt se, suosq; equos aletent quā commodissime. Sic audimus in multis locis

locis aliqua prædia vocari Cauallarias. Sed nō soli vassafires huismodi equites habebant. Nam & comitores, & vice comites & comites ipsi suos quoq; equites saudetarios, accientes, seu vassallos prædijs, aut castelliis honorificis donatos nutriebant. Quin & ex illis inclytis baronibus pleriq; suos alebant equites ad bella, sua illis prædia seu fœuda tradētes. Sed dixerit quispiam hoc in loco comitores ipsi nonne dicēdi sunt illi barones incliti, quemadmodum Petrus Tomicus asseuerat? hic enim ait, nouē barones, quia pares erant potestatibus, & comites dici non poterant, quia non habebant sufficientem agrum, qui posset comitatūs vocari, vocati fuere, propterea quod habebant parem cum comitibus potestatem, comitores. Id si placet cuiquam Tomici inuentum non reluctabor, neq; quemquam morabor, quin, si volet, sequatur. Verum enim iùs me magis mouet nostrū iuris consultorum sententia, & auctoritas, qui asserūt comitores olim nō fuisse barones, sed eos ipsos, quos nunc nobiles

de Catalonia lib. i. 104
nobiles vocatos fuisse audimus. Quare nobilis a Scintillis, nobilis a Mōteclauso, vulgò de Mōclus vocatus, Nobilis a sancta pace, & reliqui, quos Tomicus ipse nobis enumerauit nobiles, comitores fuisse sunt intelligēdi. An hi soli? haudquidē, sed hi cum multis, qui olim extitere, alijs. Sed quid causæ est, cur comitores prius dicti, nobiles postea maluerūt appellari? Id unde euenerit, facile cognouerit, qui animaduertet ante vniōnē Cataloniae, & Aragoniae viginis nomina comitorū: post vniōnē verò illam initā, de sijsle pedentim celebrati nomen comitorum, & introduci nō nobiliū. Causa enim sic in promptu erit. Nam facile est videre apud Aragonenses Nobiles id fuisse in bello, & in præfectis Alarum, seu turmarum ducibus, quod erant in Catalonia comitores. Mixti ergo Catalani Aragonensibus nomen Aragonensium maluerunt, quam suum obtinere: nam si priuilegia nobilium Aragonensium quam magna erant spe ctentur: mirū nō videbitur, quod nobilis nomen

Francisci Calça

nomen,comitoris sit nōmīni p̄rēlūtūm.
Cum p̄s̄ertim Nōbilis ip̄sum nōmen
per se m̄agis sit plausibile,& honorabile.
Sed occurrit,quod rogem:nouem baro-
nes erāt ne olim maioris d̄igitatis , quā
comitores,aut nobiles,an minoris p̄he-
minentiā? Respondeo difficile esse id de-
finire. Interdum enim barones reperiun-
tur fuisse in aliquibus bellis comitores,
interdum tantum auxiliares. Et cum le-
ges nostræ antiquæ id omnino non defi-
niant:nobis non videtur p̄scribēdūm.
Quamobrem quæ vox sit comitoris,vn-
deue potuerit emanare ostendamus. Et
verò Græcū etymō a nobis adferri non
poterit multis,(at scio,placere:nihilo ta-
men secius græcam adducam etymolo-
giām.Cum enim in exercitibus Ḡæcor-
rum,qui ordines ducebant,Comitores
reperiātur appellati;quare a cosmitori-
bus non dicam dictos fuisse nostros co-
mitores,idest nostrarum turmarum du-
ctores? Sunt autem turmæ terdeni equi-
tes.Vasuassores ergo decē equitum du-
ctores:comitores autem triginta equitū,

& trium

de Catalōnia. lib.i. 105

& trium Vasuassorum rectores sunt in-
telligendi. Hi porrò in initio dicti Vassī
in Aquitania,cosmitores, & deinde co-
mitores maluerunt apud nos in initio
nominati:quemadmodum postea reli-
cto nomine comitorum Nobiles voca-
ri etiam eis fuit libitum. Sed qui malū,
inquietat quispiam,nomen Græcum Co-
mitoris nostris maiortib⁹ placere potuit?
Quoniam innumera sunt vocabula alia
græca in nostro sermone huiusmodi,
quod alias D.O.M.bene iuuante stūm⁹
demonstratur.In Aquitania enim idio-
ma Græcum olim viguisse ex optimis at-
ctoribus fiet quam manifestissimum.

C A P V T . 22.

 Vorūm autem grātia hāc tam
multa a nobis proximē enatrā-
ta fuerunt,sunt huiusmodi , vt
noſtri nimirūm maiores aliū
de qua ab Aquitania huc demonstrē-
tur non transmigrasse, & non alijs existit
O mentis

Francisci Calça

mentur fuisse, quam Catalauni Aquitanici. Hęc autē ita se habere nomina vassorum, Vasuassorum, comitorum, Senes calliorū, Baiularū possunt quā aperiūssime ea ostendere, & confirmare. Vnde enim Vassi, vnde Vasuassores, vnde comitores, Senescalli, baiuli peruenire, quam ab Aquitania ad nos potuere? Rursus si ab Aquitania, qua ratione, quæso, alia, quam si maiores nostri Catalauni Aquitanici putentur extitisse? Quod autē ad nomen vassorum attinet, a quo & nōmē profluxit vassalli, vt intelligatur in Aquitania id nomen vigens ad nos peruenire potuisse: operæ pretium esse duco verba historiæ Annonianæ li. 5. ca. 1. animad uertere, quæ sunt huiusmodi: (ciens porro rex sapientissimus, atq; perspicacissimus regnum esse veluti corpus quoddā & nunc isto, nunc illo incōmodo iactari nisi consilio & fortitudine, velut quibusdam medicis sanitas accepta tutetur: epi scopos quidem, modo quo decuit, sibi deuinxit. Ordinavit autē per totā Aquitaniam comites, abbatessq; necnō alios pluri-

mos

de Catalonia. lib. I. 105
mos, quos vassos vulgò vocant, ex gēte illos quidem franco: um, quorū prædeltæ, & fortitudini nulla calliditate, nulla vi cibuiare fuerit tutum: eisq; cōmisit curam regni, prout utile iudicauit, siniū tamē, villarumq; regiarum ruralem prouisionem. Et bituricę ciuitati primò Vmbertum, paulò post Sturmunum præfēcit comitē. Porro Piastuis Abbonē, Petragoricis autem Vuidbodus: Sed & Avernus Iterium: neconon Vallagiae Bullū. Sed & Tolosæ Corsonem (Hunc autem alij Tarcinum nepotem ex sorore Caroli Magni vocatum volunt) Burdegalis signinum, Albigensibus verò Haimonē, Porro Lemouicibus Rotgerium. In his quidem historiæ Annonianæ verbis illi plurimi vulgo bassi vocati nobis arguento sunt Vasuassorum nōmen illinc ad nos emanasse. Cumque Catalonia pars esset regni Aquitanici: distributio nouem comitatuum in Aquitania a Carolo Magno facta credita est a nostris hominibus in Catalonia esse intelligenda. Vnde manifeste deprehendimus

O 2 dimus

Francisci Calça

dimus, a quo fonte emanarit hæc nouenarij numeri tam celebris historia. Quæ quidē nouenarij historia si falsa est: magnam tamen occasionem accepisse ab Aquitania videtur. Si autē vera est illa: ita se potuit res habere quōq; in Catalonia, vt se habuisse in Aquitania deprehenditur. Cum enim res nostræ ab Aquitania huc sint putandæ esse perductæ: necessarium videtur fuisse, vt quoniam illinc nostri maiores Catalauni huc venere, distributiones agrorum, & præfectorum, ac comitatus, cæteraq; alia ad Aquitanorum formam sese haberent, ad eandemq; rationem omnia instituerentur. Quamobrem quia comites nouem creari illic cōtigerat: ideo & in Catalonia nouem videntur potuisse in initio instituti existimari. Et quoniam in Aquitania vicecomites comitibus aderant, neconon & Vasfi, vt Annoniana demonstrat historia: propterea Catalauni Aquitanici illi quidem existentes prius, postea vero incolefacti huius Hispanicæ portionis ad exemplum suorum Aquitanorum & comites & vice

de Catalonia lib. i. 107
& vicecomites, & vassos vassorum, Vasuassores dictos habuerunt. Quæ quidem res cum aliunde provenisse in Catalonia quam ex Aquitania non reperiatur: manifeste videtur illa quidem ostendere nostros maiores non aliunde huc, quam ab Aquitania transmigrasse. Verum enim uero vt ex Annoniana historia nomen Vassorum maximè cum nostris Vasuassoribus conueniens demonstrare videtur illud quidem nostros maiores, & huius nostræ regionis liberatores Aquitanicos fuisse Catalaunos: ita nomen Senescalli, nomenq; vicarij, & baiulinorum cū sexcentis alijs nominibus ex libris Galloru scriptorum, ac potissimum Aquitanoru possunt id ipsum reddere magis confirmatum. Nicolaus igitur Bertrandi in libris quos edidit de rebus Tholosanis in ea parte, in qua Tholosæ comitatū præcelluisse inter nouem Aquitanicæ comitatus ostendere nititur, sic de comitatus, vicecomitatibus, & Senescallis comiti Tholosano subiectis est eloquutus: Postquam vero Tholosæ comitatus, in-

quit, per manum summi Pontificis ad regiam Franciae domum peruenit: vltimo d^ec comitatū Tholosano extracti sunt in transcripti octo comites, scilicet Armenia ci, Fuxi, Fesenciaci, Pardiaci, Conuenatū Insuæ Iordanī, Castrensis, & Bigoræ cū suis terris, ac Baronijs. Vicece mitatus itidem cum suis amplis territorijs, nimirū Narbonæ, Vtiensis, de Lautreco, d Cara magno, Conseranensis, de Paulino, de Monteclaro, & de Villamuro. Ulterius & de prædicto comitatu Tholosano remanserunt, & sunt ad regiā manū, ac mē sam coronæ domus regiæ Franciæ spe-ctantes quinq; magnæ Senescallia, nempe Tholosana, Carcassonæ, Bellicadri, Agenensis, & Ruthenensis. Et in prædictis quinq; Senescallia sunt viginti egregiæ ciuitates pontificali sede honoratae, quas sum duæ sunt metropolitanæ, videlicet Narbonensis, & Tholosana: reliquæ sunt Aniciensis, Mimatensis, Viuariensis, Nemausensis, Magalo, Agathensis, Biterren sis, Condomiensis, sancti Pontij Thomie riarum, Carcassonen sis, Electensis, Mirapicensis

picensis, sancti Pauli, Vauren sis, Albien sis, Riuensis, Lombariensis, Agenensis. Alibi autem & de baiulij s, seu balluij est sic eloquutus. Verum de exinde prouenientibus emolumentis nostri receptores, & thesaurarij ordinarij Senescalliarum, & balluiarum faciebant, tenebant que facere receptas, atq; computa quē admodum de alio dominio nostro. Et verò ex his hunc in modum Nicolai Bertrandi scriptis manifestum redditur Senescallos, & Senescallias, & Balluias, seu baiulias nomina deprehēdi esse, quæ ab Aquitania sicut ad nos olim perducta. Quid mirum? dixerit quispiam, si pars regni Aquitanici erat Catalonia, si Regi Francorum parens, si armis Francorum exercituum maurorum infidelium è potestate recuperata? Nihil verò horum id cogebat fieri in nostra regione, nihiloque magis propterea mores, & instituta Gallorum nostram in hanc Catalonia fuere transferenda. Etenim leges Goticas, non leges Gallorum, non Aquitanorum nostri maiores

fuere in initio amplexati. Quamobrem si multa traducta fuisse ab Aquitania in hanc regionem ad nos videntur: nō ob aliam causam transportata ea fuisse credere par est, quam propterea quod sint nostri maiores ex Aquitania huc olim traducti. Nam si leges Francorum, Gallo cumue nostri maiores in initio despexerūt, quid aliud poterat maiores nostros postea permouere, ut cætera ab Aquitania huc transferrent; nisi cognatio, memoriaq; lux primæ originis. Et quidem Senescallus comiti adfuit Barcinonensi, Baro nempe montis Catheni, aut ex familia eiusmodi profectus aliquis. Quam obrem in Platea sancti Francisci ante ædes eorum qui cognominati sunt a Mōte Catheno mos est, ut Rex, Regina, aut eorum primogenitus in primo in hanc urbem ingressu magna quadam cum solemnitate ab vniuersis ordinibus huius urbis recipiatur, ut pote ante ædes Senescalli. Qui verò aliorum principatus Cataloniae comitum Senescallii extiterint, eum nondum legerim, hāudquaquam intē

integrum mihi fuerit dicere. facile autē adducar, ut existimem singulis Cataloniæ principibus, hoc est comitibus illis priscis suos Vicecomites, suos Senescallos adfuisse. Necnon & ipsorum vicecomitum vicarios, & baiulos ipsorum Senescallorum. Ut enim apud Aquitaniam in Vicecomitatibus sui fuere vicarij, & non Senescallij suis baiuli seu baylii; sic ego putarim in Senescallij, & Vicecomitatibus principatus Cataloniae suos baiulos, & suos Vicarios olim quoq; extitisse: vicarios inquam vicecomitum, & baiulos Senescallorum. Nam, qui nunc dicuntur apud nos Vicarij, & baioli, locum obtinent antiquorum Vicecomitum, & Senescallorum. Quia de re in libro quarto Deo bene iuuante abunde pertractabitur. Sed Tholosanos Senescallum & Vicarium habuisse animaduertamus, atq; ex verbis eiusdem Nicolai Bertrandi cognoscamus: dominus noster rex, inquit, Carolus intravit Tholosam 26. Februarij, anno 1442. cum magno exercitu, & re cessit octua Aprilis sequentis: introiuit etiam

Francisci Calça

etiam dominus Delphinus nomine Ludoicus filius regis Franciae: successore regina Franciae, eorumq; tempore prolatum fuit arrestum per modum prouisionis a curia parlamenti Tholosæ, vt omnes officiarij regij villæ , & Senescallæ Tholosanæ indistincte dēptis Senescallo, & viguerio Tholosæ solum & dumtaxat in futurum haberent cōtribuere talibus omnibus, & subsidijs regijs pro eorū bonis, quæ possident de antiqua contributione. Cum omnes igitur ministros, seu (vt ille loquitur) officarios regios tradat Nicolaus hic contribuere iussos, præter Senescallum in vrbe Tholosa vicariū quoque institutum fuisse. Senescallū autem ait idem Nicolaus in capite de doctribus præsidem esse prouinciacē ad quem pertinebat, præter alia multa, ex eis qui sententias a consilib⁹ pronunciatus. Iam ergo cum vnde ad nos venire potuerint Vicecomitum nomina, Vassorum, seu Vasuorum, Senescallorum, & vicariorum intelligimus: non parum manifest

de Catalonia. lib. I.

110

manifestum ex eo redditum credimus vnde sint existimandi prodijisse nostri maiores Catalani. Etenim si non alium fontem hæc habuisse possunt, atque ipsam Aquitaniam: cur verā in hac parte Petri Tomici, nostræque gentis historiā non iudicabimus esse, vbi maiores nostri traduntur cum illo Augerio huc transmigrasse ex Aquitania? Verum enim uero cum in Aquitania nouem creatos fuisse comites a rege Carolo Magno Antonius & Nicolaus Bertrandi tradiderat, atque permulti: quem nō tacita pulsauit cogitatio, & percuntatio, Catalaunii Aquitanici quem ad comitatum illorū nouem pertinuisse sint existimandi? Cur etiam, cum tanta gens essent, vt foras colonias mitterent, Catalaunorum ipsorū oppidum iuxta Tholosam situm suum comitem per se se non sit visum dignū obtinere? Responsum huic percuntationi facile fuerit reddere. Etenim vicinia vel Tholosæ vrbis, vel lemouicū, aut alterius cuiuscunq; magni oppidi Catalaunos ad se pertraxit, vt per se hi comitē non

Francisci Calça

non sint visi digni habere. Præsertim cū Coloniæ hinc deductæ minores hos populos reddidissent. Etenim ante tempora Caroli cognomēto magni Augerius noster Gotlantes 2500 Catalaunorum illinc huc deduxerat, vnde antea deducta etiam fuerat Colonia Catalaunorū Belgicæ Galliæ. Ad quem tamen comitatum sint relati, qui hoc tempore superstites erant, liquido non constat: nos tamen ad eomitem Lemouicum eos pertinuisse autumamus. Etenim Limosinus sermo noster antiquissimus id demonstrat, si modo a Limosinis Lemouicibus noster ille sermo nōmē accepit. Qui vero & campos Catalaunicos, & Catalaunum oppidum vicina Tholosæ vrbi anni madueret, non verebitur ille quidem facile adduci, vt existimet ad comitē Tholosanum Catalaunos spectauisse. At vero Catalauni campi mensuris vulgo Leucis dictis distare ab vrbe Tholosa septē tantum a Nicolao Bertrandi tradūtur. Sed in longum exorreisti esse dicuntur & a Roberto Senali, & ab eodem Nicolao pluribus

de Catalonia. lib. i.

111

tibus quam centum ex ijsdem mensuris. Quamobrem eorū pars aliqua ad Tholosanum comitem, pars verò alia ad Lemouicas pertinuisse potuere. Et illud certe non prætermittendum appetit prius Lemouicum comitem Rogerium fuisse vocatum. Quāobrem non factus noster Augerius seu Ogerius Gotlantes credendus est, quem Laurentius Valla Rogerium non Ogerium nominat. Etenim Rogerius Lemouicum factus fuit comes a Carolo Magno: Rogerius vel Ogerius, aut Augerius, vel Otgerius dominus oppidi Catalauni a Carolo Martello factus cur non poterit existimari? Certè vicinia & propinquitas Catalaunorum, & Lemouicū, quod vno in populo reperitur euenisce, in altero euenire potuisse maximopere coarguit. Et nescio an Rogerij seu Ogerij Gotlantis nomen Catalauns vicinis Lemouicibus impetrantis in causa fuerit, vt idem nomen comiti illi Lemouicum Rogerio peneretur. Me quidem non mediocriter nomine comitis Lemouicum Rogerij nun cupati

Francisci Calça

cupati permouet, ut existimem Catalonia nos ad Lemovisse. Hic autem cum diminuti ad inodum fuissent per expeditionē illam Augerij Gotlantis non mitum propterā videri debet, si digni visi non sint qui remanserant per pucī per e comitē in suo oppido Catalauno habere. Hoc autem oppidum ubi extiterit, nobis non certo constat: locus vero pugnæ illud Athilæ regis Hunnorū des Catalanes etiam nunc vocari dicitur a Nicolao Bertran di, & ad Abbatem Noyssiaci pertinere. Quæcum ita sece habeant manifestū quodammodo nostra opera factum putamus, cur distributiones nostræ Cataloniae in comitatus, vicecomitatus, Comitatorias vulpo Condorias appellatas, Vasuafiorias baronijs, senescalltas, Vicarias, & baiulias sint fallæ, curq; eiusmodi nomina in Catalonia, minime vero in Valentia, in Aragonia, & in alijs Hispaniæ partibus reperiantur. Per Catalaunos enim maiores nostros hæc ad nos pervenisse ab Aquitania deprehenduntur.

Cap.

C A P V T. 21.

Non enim à Carthaginensibus, non a Phenicibus, non a Persis, seu Aramaeis illis primis Hispaniæ incolis, non a Latinis, non ab antiquis Gothis, non a Vandalis, non a Suevis, non ab Alanis Hispaniam obtinentibus, non a Saracenis, qui post hos omnes nostram hanc regionem complutes annos occupatam tenuere, profecta haec videntur: sed ab ipsa Aquitania Catalaunos illos maiores nostros illa huc translatisse Gallicæ Historiæ demonstrant. Demonstrare etiā videntur a'iarum gentium Historiæ, in quibus nostra non sic consentire cum rebus gentium aliarum Invenientur, ut in historijs Gallicis reperiuntur congrue re ad amissim cum Aquitanorum populorum rebus omnia. Quid porro de ysisbus seu ysticis nostris, & consuetudini-

tudinibus Cataloniæ loquar? Vnde credemus ea initium suum primum habuisse? A Gotisne incolis antiquis Hispaniæ? At horum leges in initio nostri maiores per aliquot annos sequuti repudiarunt, postmodum despicerunt, antiquarunt. Iuris autem distinctiones, & æqua iudicia in usibus, & consuetudinibus suis commodissime, ad suamq; naturam quam maxime conuenienter posita videntes Goticis legibus prorsus abolitis, usus & consuetudines suas, quas usaticos appellarūt in codicem quendam relatas pro sacro-sanctis Cataloniæ legibus habendas esse statuerunt. Estq; operæpræmium animaduertere consuetudinum illatum nōnullas antiquissimas Catalanorum consuetudines nominari. At vero quorū quæso Catalanorum? Etenim si non magnum spatiū temporis effluxit a recuperatione regionis ad Raymundum Berengarium, cuius opera vim iuris scripti consuetudines ille Goticis legibus abrogatis obtinere cæperunt: Catalanorum certe qui dem regionis huius incolarum antiquissime

simæ consuetudines vocari haud quaquā merebantur. Nam si post Uifredum cognomento pilosum cōsuetudines ille sensim vigere inter Catalanos cæperunt propter centum annorum cursum, aut his nō omnino multo plu: iū, antiquissimæ non eran appellandæ. Quamobrem Catalaunorū potius Aquitanorū consuetudines illas antiquissimas fuisse cōuenit existimare. Catalanorum inquam illorū qui in Aquitania ex Sueis, & Catis & Alanis coalescentes inter Gotos considerare iussi usus quosdam suos, suasq; cōsuetudines quasdam inter se cōhabere studuerant, tametsi legibus Gotorum gubernaretur. Erat autem horum Catalanorū in Aquitania non prorsus obscurum nomen. Quamquam enim inter Gotos positi, & Gotici iuris essent participes: nihilominus tamē Rempub. suam ipsi non inglorij administrabant, suaq; iura priuata, & peculiaria habebant. Hi autem in multis Gallorum, aliorumq; historijs si non Catalauni semper: Alanii tamen interdum, & interdum Catii nominabantur. Id vero ex Michaeli

Ritio, & præcipue ex Ioāne Picardo Trutiano facile deprehēdet, qui apud illius quinactum librum Priscæ celtopædia leget Pipinum Caroli Martelli filium Alanos in Aquitania subiugauisse, eius autē „ hęc sunt verba: Nos Caroli Martelli vir „ tutem suspicimus, cuius armis tres potē- „ tissimi Hispanorum, Afiorumque reges „ Abditamus, Amorrhæus, Athinusque occubuere: cuius filius Pipinus virtutis „ paternæ imitator Alanos in Aquitania „ subiugauit. Michaelis vero Ritij verba in „ lib. i. de regibus Hūgariæ sunt huiusmo- „ di: Eodem duxit Ethius, qui (præter legio- „ nes Romanas auxilia Catorum, regisque Theodotici) Meroueum regem Sapones, Sarmatasque, & Britones, aliosque præterea multos in castris habuit. Auxilia porro Catorum, auxilia Alanorum quo- rum Rex erat singibaris intelligit. Quos quoq; Alanos Ioannes Picardus Trute- rianus designat? Eos nimirum, quos cū Suevis, & Catis ostendimus ex Blondi hi- storia cum rege singibere municipiū in campis Catalaunicis obtinuisse. Hi vero propter circūfulos Gotos Gotalani ab a-

liquibus credūtur dici: ab alijs vero a Ca- tis cū his cōmixtis Catalani, seu Catalau- ni sunt nūcupati. Vitiū enim illorū popu- lorū Aquitanorū fuisse cognoscimus, vt Catalanos dixerint Catalaunos, sic enim apud Iuliū Cesarē lib. 7. belli Gallici Ver- gagillanus Vergagillaunus pronūciatur. Et vero ab Aquitania innumeri ex Cata- launis illis in hāc partē Hispaniæ cū duce Augerio Gotlāte, & postea cū Ayzone traducti: vbi Goti erāt aduc per multi & Hispani vetusti, qui Saracenis seruerāt, cōplures præterea Goti alij, qui ex Gallia Narbonēsi huc trāsmigrauerāt cū alijs alia- rū nationū hominibus quā plurimis: pri- mis quidē tēporibus legibus Goticis cau- fas dirimi vniuerse permiserūt. Verū e- nem vero tædio legū illatū nō multa post sācula affecti Catalauni legibus Goticis valere iussis, ac prorsus explosis suos se ad usus, suasque ad consuetudines to- tot conuerterunt. Quae quidem res maxime verisimile nobis reddit nostros illos maiores, qui primi omnium nōmē Cataloniae huic nostræ regioni pepere- runt

Francisci Calça

gunt, oriundos fuissi illos quidē ex Gallia Aquitania. Etenim si Goti petiuſ faciat illi, & Alani, vt Blondus autem t. in hac ipsa nostra regione iam a quām longissimo tempore in vnam gerit. in hic coalescentes, ante Saracenorum aduentum legibus vſi Gotieis, cur liberati de potestate eorum, iugum etiam cum iam excusſent regū francorū, leges Goticas sic ex osi fuerūt? Natura, inquies, ne uas in dies properat edere formas. Cur igitur si nostri maiores Goti erant, & Alani legibus Goticis nouas alias leges addere non curarunt? Cur nomen maluere, & vim omnem legum Gotiarum tollere, & nouū nomen legum suarum superinducere, vſi ticos nimirum illas nouas leges appellant? Enimuero Cati & Alani, hiq; oriūdi ex Aquitania illi nostri maiores erāt, nullo vero modo in Hispania facti Goti, & Alani. Hi vero, quando huc transmigrarunt, varium quoddam genus hominum secum cohabitare competerunt. Etenim ad fuere Hispani vetustissimi cum ex Phænicibus, alijsq; antiquioribus populis oriū di,

Catalonia. lib. I.

115
di. tum ex Cartaginensibus, latinisq; pro geniti. Præterea non defuerunt veteres complures Goti superstites, aut prognati ex Gotis illis, qui ante aduentum hostiū florentes sese in seruitutem redigi passi fuerant. Aduenierant etiam noui Goti Galliae Nubianensis, quis se cum Francicis exercitibus huc contulerant. Tandem ex Germania, Italia, vniuersitq; Gallijs transtulerat sese huc in initio variarum nationū homines quam plurimi. Quamobrē primis illis quidem annis leges illas Goticas quatuor vltus antea in hac regione maximus fuerat, oportuit omnino ab omnibus obseruari. Verum enim vero gens nostra Catalaunorum eorum, qui ex Aquitania huc transiūt grauerant, numero longe reliquis nationibus superior ubi tandem nomina, & imperū suū per vniuersam diffusum prouinciam vidit, omnesq; iam huius regionis incolas Catalanos, seu Catalanos nuncupari: Gotorum leges odio habere cœpit, ad suos vltus, & consuetudines sese conuertens. Id autem cum Raymundo Berengario inclito Barci-

nonis comiti obscurū non esset: indicēs Catalanis comitia de consilio prudentis simorum vitorū Goticas abrogauit, prorsusq; aboleuit leges; & vsus, cōsuetudines q; Catalanorū scriptis mādās pro legibus habēdas proposuit, quæ vsatici Barcino-nis fuerūt appellatae. Et nōmē quidē vſa ticořū id manifeſte arguit, ac demōstrat, ea, quæ vſu, & cōsuetudine aliquādo fuerāt alicubi obſeruata, deinceps perpetuo ab omnibus obſeruāda proponi. Obſer- uari vero vbi hēc Cōcūpisse sunt putāda, nī ſi in Aquitania, vnde Gallicē historiæ ostē dunt veniſſe ad nos & Idioma, & rerū ple- ratiq; präcipua iſtituta? Quæ res, quis nō videt, quā validū nobis präbtere videa tur argumētū, vt maiores nostros Cata- launos factos ex Catalaunis Aquitanicis audacter aſſeramus? Hoc autē ſi propte- rea minus recipiendū iudicatur, quoniā präclarorū authorū testimonij nō po- tuit a nobis certius demōstrari: nihilomi- nus tamen id nos proferre in mediū de- cuit, multisq; de eo verbis disputare, do- quos vt viros extimularemus, vel ad per-

uestigāda huiusmodi teſtimonia, vel ad magis probabilia tradēda, vt quoquemo do tandem ad veriora, certioraque, quā nunc apud nos extāt, perducamur.

C A P V T. 24.

T vero illud valde mirādū no- bis prorsus eſſe videtur potuisse villa ratione fieri, vt p̄imis tem- poribus vim omnē legibus Go- ticas obtinētibus in hac noſtra regione vſus vlli, aut' cōsuetudines Catalanorū e- xorirētur, radicesue vilas agerēt, ac tandem leges ipsas Goticas prorsus ab ipſis Cata- lanis eliminarēt, & malā in crucē iuberēt faceſſere. Etenim vſus, & cōsuetudines le- ges scriptæ nō ſunt illæ quidē, ſed actib⁹, & exemplis aliquorum hominum intro- duci incipiunt, & pedetentim vim conci- pere alijs hominibus ea exempla imitan- tibus. Id vero qui potuifſet contingere ſi Goti erāt, & Alani ipſius Hispaniæ noſtri primi maiores Goticas ipsas leges, mini- me vero frācicas, aut Gallicas mordicus

amplexati? quid quæsto potuisset facere, vt Goti suas Goticas leges sic fastidirent? Alanis fortassis ab ingenio Goto:ū diuersi? At vero Gotalani ex Gotis coalescentes, & Alanis, vt B'ondus contendit, leges Goticas gratas, & charas non minus quā aij Goti habuisse sunt iudicandi. Quamobrem non Gotos, sed Catos, & Alanos acquit fuiesse nostros maiores ab Aquitania huc profectos illa vsuum, & consuetudinum sic introducta, sic radices firmas a-gens contra Goticas leges nomothesia. Etenim Cati curu Sueuis, & Alanis iussi considerare inter Gotos in Aquitania Goticas leges seruabant illi quidē, verum suos v̄sus, suasq; consuetudines, vt ipsorum potecebat natura, & ingeniu, & in Aquitania, & in hac nostra regione, in quam transmigraverant, introducere numq; cessarunt. Etenim cum aliud ingenium esset Alanorum, Catorum, & Sueuorum, aliud ve-ro ipsorum Gororum: ex eo factum videtur proculdubio, vt contra Goticas leges Catalani ex Catis, Sueuisq; facti, & Alanis in Aquitania, deinde vero hoc traduci-

et;

&ti, tam valide sete etexerint, vt Gotis legibus prorsus antiquatis suos v̄sus, & cōsuetudines pro legibus perpetuis nob̄s custodiendas obtruderint. Quid enim alius potuit esse in causa, vt cum regū Fracorum exercitibus domiti sint Saraceni, & a dominio huius regionis deturbati, ij autē, quibus tradita fuit ea regio ad incolendum non Francorum leges, non Aquitanorum aliorumque Galatorum seruare voluerint, sed ad leges Goticas respixerint in initio, deinceps vero non multas post annorum decades illis legibus prorsus antiquatis, v̄sus, & consuetudines vim omnem iuris obtinuerint? Nihil aliud sane adferri vlla ratione poterit. Non enim Franci, qui ad expugnāda oppida huius tractus veniebant, incole, & habitatores huius regionis siebant: sed illi ipsi qui Saracenis seruierant, scruire Gotis Galliæ Narbonensis, & Catalanis, qui in saltu Pyrenæo diu duliterant, cogebantur. Horum autem Catalanorū multitudo cum Emporitanum agrum, vt demonstravimus in initio Bellorami Gallicorum, seu Fracorum exercitum

exercitum occupasset : ad urbem autem Barcinonem non tam magnus numerus eorum confluxisset , pluresque propterea Goti Galliae Narbonensis , & ex reliquijs Gotorum Hispanorum , quam Calalani Barcinonem urbem incolerent : necesse fuit in hac urbe leges Goticas propterea prioribus annis tāquā sarta testa custodiri . Verum enim vero quando Catalani sese paulatim per universam prouinciam effuderunt , in non menque suum cunctos abire viderunt , dederunt operam illi quidem , ut leges Goticae protinus antiquarentur , vsus autem , & consuetudines ipsis magis gratæ , ipsorumque ingenio magis conuenientes vim omnem in Catalonia obtinerent . Quod quidem cuenire numquam potuisset , si Catalani non ex Catis , & Alanis in Aquitania coalescentibus , sed ex Gotis & Alanis in Hispania ipsa commissis prodijssent . Quambrem cum ex ingenio Catorum , & Alanorum diuerso , ac differenti a natura Gotorum prouenisse appareat , ut pro legibus

bus illis Goticis vsus , seu vsatici Barcino nis vim omnem iuris in vniuersa Catalonia haberēt , atq; etiā nūc habeāt , pro uero simili statui a nobis videtur posse , quod haec tenus demonstrare tam longo sermone cōtēdimus primos maiores nostros . atq; adeo illos ipsos , qui nomen regioni huic dederūt , vt Catalonia nūcuparetur , **Catalaunos** extitisse huc ad nos tradūcos olim ab Aquitania . Quod ipsum de mōstrāt verba quā plurima ipsorū vsuū , seu vsaticorū : more enim meæ gētis me loqui nūc oportet , quæ manifeste deprehenduntur cū sexcētis alijs huc profecta fuisse ex illa ipsa Gallia . Ea vero sunt vsateli ipsi Bausia , Bausator , fellonia , repta mentum , reptare , guidaticum , guidare , acuydare , diffidare , aguayt , setgium , missaticum , sagio , Missaticus , Aliscara , canlera , batalla , purgare se perbatallam , aut per iudicium aquæ frigidæ aut aquæ calidæ , aut de caldera , seu de caule ga , vasslus , vassallus , vassaticū , vassallaticū , manibus suis cōmēdere se alicui in vassalicū seu in vassallaticum , alicui fidelitatem

tatem iure iurando promittere præstare.
homagium alicui, accipere aliquem in se-
niorem suum, esse iuriorem alicuius se-
nioris, dare alicui domino potestate em-
parare, empara resili, firmate de iure, siti
ca, faticare, domicelli, senioratum, fæ-
dum, fædetarius, feuatarius, homo o-
prios, homo solidos, homo ignis, homo
aflocatus, casatus, amatus, mansuetus,
mesouerius, bordarius, mansus, mansita,
borda, pernata, hereditagium, honor, ha-
uere, bouaticum, herbaticum, terraticum,
carnaticum, pontaticum, pedaticum, lez-
da, monetaticum. Deus bone quæ mon-
stra verborum, & his alia innumera consi-
milia! Horum autem verborum quæ sit
vis, quæ propriæ significations, qui vo-
let per nosse libros consulat scriptorum
Aquitanicorum. Ex eorum sane lectione
qui sibi hæc verba veliat ille quidem co-
gnoscet, & vnde ad nos deuenient, intel-
liget quam manifestissime Quæ cum ita
sint, & tantus consensus verborum no-
strorum usuum, & cōsuetudinum reperia-
tur cum Aquitanicorum moribus, & legi-
bus:

bus: cumq; noster antiquissimus sermo
cum sermone Limosinorum, qui sunt A-
quitani, conueniat, inde q; apud eos acce-
perit nomen, nec præterea aliunde: non
leuibus argumentis permotivideri possu-
mus, vt suspicemur nos non aliunde fui-
se dictos Catalanos, quam a Catalaunis
Aquitanicis, id quod fæma cōstantis gentis
nostræ perpetuo asseruit, tametsi in princi-
pe Catalone fuerint illi quidē in hoc de-
cepti, cum ex maioribus nostris plerique
a Catalone Catalonia dictam fuisse sint
arbitrati, vt pote quibus nō tanta aderat
bonoru litterarū cognitio. Quamobrem
in quamplurimis hallucinati veram histo-
riā nobis tradentes eam innumerabilibus
erroribus, & falsis opinib; contami-
natā reliquerūt: nihilominus tamē ab A-
quitania transmigrasse huc cū duce Auge-
rio maiores nostros constantissime sem-
per tradiderunt: a Catalaunis autem factū
regioni Catalonia nomē, vnde profluxit
nomen Catalonia, nō animaduertentes
ab Augerio Catalone Catalonia, & quia
ille omnium princeps erat, principatum
nomina

Francisci Calça

nominatum Cataloniæ hāc nostrā re-
gionem ex eo sunt arbitrati. Nos vero fa-
mā antiquissimā gentis nostre sequētes
ab opinione virorum eruditerum non
recedimus. A Gotis enim, seu Catis, &
Alanis dictos nostros fuisse maiores Ca-
talanos confitemur, atque afferimus,
& testimonium docterum virorum am-
plexamur, atque magnificamus. Cata-
lanos vero non ipsa in Hispania coaliisse
ex Gotis, seu Catis, & Alanis, sed in ipsa
potius Aquitania contēdimus. Quę qui-
dem omnia sic a nobis disputata esse vo-
lumus, nō vt pro certis, & indubitatis ac-
cipi ab omnibus postulemus, efflagite-
mus: sed vt veritatis inuestigandę p̄-
beāt alijs maiorem occasionē. Stimulos
enim quosdā putamus fore has nostras
disputationes, quibus doctissimi quique
nostrę gētis maximopere ad alia magis
probabilia perquirenda permouebūtur.
Nobis autem, quantū per Dei op. max.
benignitatem cōcessum fuerit, curę erit
laborē omnē operamq; ponere in hoc
studio, vt quā certissima argumēta, si pos-
sint

de Catalonia. lib. i. 120
sint vspīā cōperiri, aliquādo in medium
eruātur. Atque hēc quidē habuimus de
Catalonia, quę in hoc primo nostrā chi-
rographię libro diceremus. In quattuor
autem reliquorum librorum vno totius
prouinciæ situm, figuram, spatiū, longi-
tudinem, latitudinemque, ac distributio-
nes p̄cipuas tradituri sumus: In tertio
vero totius operis nostri volumine diēce-
ses, hoc est distributionē per episcopatū-
tus factam expōnemus: In penultimo au-
tem libro divisionē Cataloniae per præ-
turas, propræturas, ac baiulias, vt sic lo-
quar, traditam explicabimus: ac tandem
in ultimo volumine montes, valles, cam-
pestresque regiones, quales vbique sint,
aperiemus: nec non fontium descriptio-
nes, amnumque, & spatiōrum, quę in-
ter amnes sunt ob oculos omnium subij-
ciemus. Quibus ex omnibus fututum
speramus, vt hēc nostra prouincia apud
omnes, qui latine norunt, non minus,
quam alię orbis regiones, pos-
sit vbiliter illa quidē
innotescere.

L A V S D E O.



BARCINONE

Cum licencia ex Typhographia Iacobi
Cendrat Anno Domini. 1588.

